



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

A. Uenatione Lute-||riana Aegocerotis assertio.

Emser, Hieronymus

[Leipzig], [1519]

VD16 E 1081

urn:nbn:de:hbz:466:1-32601



positiones de indulgentiis
 Sermo de penitentia
 Sermones de indulgentiis
 Ein Sermon von dem ablass
 Verlegung d' Fugels binden den
 Ein Sermon von dem ablass
 Acta Caluiste prioris con. rath. v. d. Martini
 Responsio Martini ad dyalogum Caluiste
 Scriptura Caluiste
 Acta Martini Augusti
 Disputatio Etkij & p. d. Martini
 Disputatio & responsio Martini con. dyalogo Etkij
 Oratio de Magellan
 De ratione disputandi oratio de Magellan
 Fratrum septa ad d. d. Martini & alia p. d. b. d.
 Resolutio sup. p. d. de p. d. pape
 Alia resolutio de ead. p. d. p. d. p. d. p. d.
 Resolutioes sup. p. d. p. d. p. d. p. d. p. d.
 Oratio de longi p. d. p. d. p. d. p. d. p. d.
 Disputatio prima Etkij & Caluiste de vaba
 ad vaba p. d. p. d. p. d. p. d. p. d.
 Disputatio secunda eorundem
 Disputatio tertia Etkij & Martini
 Epistola philippi Melanctoni de ead. dispu
 responsio Etkij con. p. d. philippi
 Defensio philippi con. Caluiste
 Concretatioes suauitatis & p. d. Caluiste
 Epistola Emperij ad Aegreos
 Ad exortatione Emperij ad Martini additio
 De venatione lutheriana

Solomonis doctoris Wittenbergensis
Vnde tractatus Nulh Wittenbergensis &
Nemmelupgen & alia quaedam
Contra malignum Jo. Eckm. Auditorium
Ad Jo. Eckm. Epistolam Martini super expurgationem
Appellatio Martini Lutheri
Appellatio proposita

Liber primus opusculorum Martini Lutheri

Th. 6116



ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz'sches Katalog 328.

A. Venatione Lute- riana Aegocerotis assertio.

EMSER,

Noster hic Aegoceron / sine culpa / non sine foeno:
Ludit venantis Retia / tela / canes,



7

A

HIERONYMVS EMSER MARTINO
LVTERO SANITATEM,

NAe tu Lutere mi perbelle tibi quadras: tibi ipse cō-
stas: tuiq; vbiq; similis vt nouus es Theologus: ita
noua hac Theologia tua Cynica / Cynicū passim
magis q̄ Christianū agis Theologū. A deo ne vlla
quidem cartha a te prodit: quin (tanq; a caniculę exortu pro-
gressa) et canina rabie sit infecta: et canino dente armata. Pro-
bant hoc cum cetera tua om̄ia: tum tres iste quas / duos infra
menses / euomisti inuectiuas: Primam in Romanū Pōtificē
et eius auctoritatem nobis sacrosanctam. Alteram in Eccl̄iū
et fratres quosdam religiosos: Terciam vero in nos et Aegoc-
ceronta nostrum. Taceo eas quas obiter in Ep̄os et eorū offi-
ciales: In Syluestrum sacri palatij Magistrum: In Caietanum
Apostolicę sedis Cardinalē et Legatū: In vniuersos Romane
cohortis aulicos et proceres: In cōmunē deniq; Theologorū
viuentiū / et in Christo quiescentium scholam / deblaterasti in-
eptias: A deo quidem virulentas ac pestiferas vt mire in te ca-
dat psalmographicū hoc: Sepulchrū patens guttur eorū: Et
alibi. Sicut nouacula acuta fecisti dolum: dilexisti omnia ver-
ba p̄cipitationis / lingua dolosa. Et tamē Theologus iste no-
uus / tanq; Draco ille qui de cœlo cecidit: quasi terciā stellarū
partem post se trahit. Miranturq; eum (vt ipse ait) Germani
Hispani / Itali / Galli / Et penitus toto distantes orbe Britanni
Exosculant cū primis Boemi. Et forsitan iā Thurcę etiā veni-
ent: et mūera illi offerēt: Eoq; Romani: quā armis illi hucusq;
nō potuerunt scriptis iste suis tā fortiter oppugnet. Nihil. n. ma-
gis optat / caput hoc lepidū / q̄ vt nedū Boemis / sed et Iudeis
Thurcis / ac Saracenis etiā placere possit Et id q̄dem facile im-
petrabit. Vt tamē eos qui foris sunt / missos hic faciamus: Dic
bone frater (fratrē. n. bardocucullus / non Christi te mihi ostē-
dit charitas) Quidnā mali de te meritis est Aegoceron nos-
ter: vt eum non tam in meā q̄ totius familię meę (cū qua mi-

hi cōmunis est) ignominiā / tam acri perfunderes aceto : Aut
quid quereris abesse illi truncū et pedes : quod in gratiā tuam
fato quodam contigit : ne te pugnis ac calcibus etiam peteret :
qui cornu feriet : ac sic bis miser fieres : Sed quisquam in cor tibi
ista mitteret / vt non solū fratres ac proximos tuos / verū sum-
mos etiam pontifices / tam impie ac crudeliter infamares : nisi
pater tuus Belial / pater blasphemie / pater monachorū impu-
dentiū : Aut quis ad hanc te venationē eduxit : tam clericis q̄
monachis interdictā : nisi idem venator hoīm : Num legeras
aliquando : Esau venator erat : ideo pctōr erat . Sed age / si quā
in venādo voluptatē cēpisti antea eam nūc tandem amittas
oportet . Sic . n . natura comparatū est : vt voluptatis comes sit
moeror ac pœnitētia . Quāuis tibi mi Lutere / equidē lōge op-
tarim meliora : tū propter tuā ipsius eruditionē : tum propter
nobile Vuittebergense gymnasiū / quod his etiā moribus tan-
dem ludibrio expones et periculo . Atq̄ vtinā furentem illum
eloquentie tue gladiū in alium strinxisses : neq̄ me tū per pa-
trios manes / tum per venarū sanguinē / et omnem virilitatem
masculā (oblitus persone tue) adeo petulanter in campū pro-
uocasses . hereticū non lubrico / ambiguo / simulato sed aperto
sermone pronūciaturus : nisi tibi respōdeam . Deū . n . atq̄ homi-
num fidē testor : me propter nullā alioqui causam / huc descen-
surū fuisse : nisi tam diris euocatū . Quid em̄ tacēdo hic faceret
Hieronymus : nisi q̄ talē se esse agnosceret : hoc est vt tu ais : tā
impotentē : vt se ante cohibere nequisset : ac rursus tam ignorā-
tem et ignauū vt liberaliter / et aperto tecū Marte / cōgrēdi nō
auderet . Adactus igit̄ per te misera quadā necessitate ostēdere
tibi cogor testes virilitatis meę : et q̄ etiam nobis calid⁹ ludat
circū p̄cordia sanguis . Data tū opera enitar / vt id fiat / cum
moderamine inculpatē (quod nostri dicūt) tutelē : et vt ratōe
potius / q̄ cōuitijs tibi respōdeam . Ne quod in te modo dam-
no : in me ipso quoq̄ tandē detester . Manē igitur mi Lector / et
parū ausculta ac specta : vt Aegoceron noster venatorē hunc
miseris eludet modis . Ruptisq̄ retibus ac custodijs (p̄p̄as

A ij

rante sibi domino pedes ceruorū) quo vere Tragelaphus /id
est/hircoceruus fiat:per condensa transiliet: liberq; ab infidijs
abibit . Iam.n.ne te diuti⁹morer: spectaculū ante oculos eadā.

Luter,

☉ Et te mi Emser /quis vnq; credidisset tam doctum et acutū
esse Theologū,

Emser,

☉ Sardoniū hunc risum /ipse quoq; rideo. Vt qui vulgi more/
neminem credat esse Theologum / nisi empticio titulo sese v^es
ditantē . Cum tamē reuera sacerdotis officiū non minus sit q̄
Theologi in lege domini meditari: et nō solum scire: verū etiā
docere sacras litteras ac rationē reddere om̄i petenti: Id qd' et
ipsa nomis vis impositiua simul explicat: et maiores nostri (de
psbyteris loquor) prius q̄ vlla in ecclesia esset Theologorum
factio/consueuere,

☉ Eodem cauillo mirat me tam fidelem ipsius patronū: nisi
q; vt nō rogatus / ita minime gratus aut oportunus illi fui ad
eas res quas animo volutat. Oportunus aut iniurię: et vn⁹ om
niū/e tot scriptoribus: in quē indignatiōis sue spm̄ effunderet

Luter,

☉ Noua miracula: qui ab Ecchio delirabar esse Boemus: ab
Emserio Boemus esse abnegor.

Emser,

☉ Positis ridicularijs venabulū in manu corripit: et ad seria se
p̄parat Sed disce hic infelix Actęon noster: q; dialecticos sper
nis locos: per antistrophonta saltē Rhetorū argumentū: neq;
Ecchiū te delirare boemū/ neq; me negare te esse boemū: Sed
miracula ista a te edita: qui Ecchio suspicanti boemorū te esse
patre nū/ter gemiaſti /satis festiuiter: mentitū est: mētitum est
mentitū est. Mihi vero scriptitātī / quin etiā putanti ex animo
hoc a te dictū / iratus decies id exprobras: om̄esq; oratorię ner
uos huc colligis: vt te Boemis expurges: in gratiā cum eis re
deas: et vel hodie te illorū patronū esse ostēdas . Neq; .n. aliud
est inuectiua hęc cōtra me tua (exceptis scōmatib⁹ ac loedo
rijs) q̄ merū Boemorū patrociniū . Itaq; non nos / sed tu te
ipsū modo Boemū facis / modo Boemum esse pernegas. Et

tanq̄ Vertūnus aliquis/nūc in angelū lucis / nūc in tenebrarū
spiritū te transformas Vt sis plane ipse/vir ille Iacobita qui ex
eodē fonte/ dulce manat et amarū. Aut Satyrus ille qui calidū
et frigidum/ex eodem efflat ore.

¶ Pro tuis aut donis (Pandorę pyxidi haud absimilib⁹) Io-
abo videlicet et Iuda: quos/dispereā/nisi per Apodixim pro-
bauero / in te magis q̄ in nos alludere : hęc interim xenia tibi
remitto. Pro Ioabo scilicet /Chore/Dathan /et Abyron : qui
pariter ac tu Pōtificibus nostris: ita illi Mosi et Aaron oblatra
bant: dicentes. Sufficiat vobis /quia om̄is multitudo sanctorū
est. Cur supra populū dñi eleuamini ? Nimiū .n. cum factio-
lorū teimerario/tuis cōuenit cęptis. Nimiū etiā (si ita vt cepi
sti pergās) parem tibi timeo exitū: si quādo incipiant decreta
nostra calefcere. Pro Iuda vero Sergiū tibi dono/pseudomo-
nachū: cuius opera Mahometes quondā ingentē etiā ex agro
dñico p̄cedam abstulit. Cui adde : si placet : Reuchlinianā illā
caluariā in similis farine monachū. Semp .n. fere mōstri quid-
piam peperit: quoties monachus in principū familiaritatem
irreplit: et illorū aura vectus est. Vide q̄ minimē ingrat⁹ erga
te fuerit Hieronymus: sed duplicia tibi retulerit. Quandoquid-
dem duplicitatis illum infimulas.

¶ Nunc vero post missitata vltro citroq̄ mūera: quo tandem
amuleto inuidię suspicionē a nobis sūmouebimus ? Quā con-
scientiāq̄ ille vaticinator & inspector cordis mei/nō vulgariz-
ter: sed Timonianū in modū nobis impingit. Idq̄ eo verboq̄
prestigio/vt quāuis sim extra noxam) difficile tñ fuerit excu-
satu. O callidū venatorē: qui omnē mihi saltum /et se simul vna
sic cigit ac munit: vt figere sagittas/iaculari missilia /cedere/fe-
rire/stertere ipse valeat: sui autē adeundi nullū nobis locū adape-
riat. Si .n. in ius vocare voluerim: et infestā linguā iniuriarum
ac mēdaciū simul postulare: ab ordinarijs quidem sexcentis se
priuilegijs exemptū asseret. Romanę autē Curie ac Pontificis
maximi potestātē/ob hanc causam /ita p̄occupandō deiecit:
vt iusticiū sibi faceret: et ipse solus cęlor omniū/ nullū supra se

A iij

haberet iudicē. Quod si sacrorū canonū scitis agere velim: frigida dicet esse decreta. Si dictis orthodoxorū patrū/etiam per Apotheosim iam receptorū/inniti laborē: homines fuisse referret: et hominū traditionē nō accipiet. Si vero euangelio frētus diuino ipsum ore reuincā: clamabit illico/nō capere me sensū euangelicū: Vni sibi creditā esse tritici dispēfationē. Quid igit faciā? aut quo me tandē vertam? Sed o felix Zoile et Hieronimo mastix nunc cū Aegocerota nostrū ex omni parte putas esse circūdatum ingenio valere cognosces: vbi sublatis armis omnibus/tuo te venabulo percuciet: tuo te gladio iugulabit. Tu .n. qui aliquid forte supra hominem: siue deus es/siue semideus: in glossematis tuis super Paulū ad Galatas (quę obiter et quasi per transfennā vidim⁹ nihil ab auctore suo degenerātia) super verbo: Quicūq; .n. volūt placere: sic ais. Nam de absentib⁹/ & p̄sertim negātibus / vicia diuinare nō sine peccato est. Hęc Luterus. Et recte quidem. Nescit. n. homo quid sit in homie: nisi spūs hois / qui in ipso est. Sed tu de me absente / et vel hodie quędem cōstanter pnegante / nō solū diuinasti: sed in vulgus etiā traduxisti: modo inuidia percitū: modo Ecchio magistro ac p̄ceptore / me scribendi hanc insumpsisse opam. Quare tuis ipsius verbis / sine peccato esse non potes: Quod si nec tu sine peccato: Cur tot in me lapides pluis: Cur quod in Ecchio dānas / alienū et tu iudicas seruū? Mac̄te Theologe / Cynice / q̄ pulchre concordat hic psalteriū tuū cū cithara: hoc est / cū verbis tuis opa. Quam gratos ac pingues his dieb⁹ labiorū virtuos deo mac̄tasti magis q̄ litasti: Putas ne me si inuidia cōtra te laborassem vel mima: aut si nocere tibi voluissem vel tantulum: oia tibi summa tributurū? Aut vllū credis futurū Aegocerontis nostri tā peruorsum iudicē: quin vidiēta / hoc est virga illa p̄torā / ab hac eū suspitiōe liberet et absoluat: dispeream .n. si nō bonorū omniū calculo / epistola mea ad verā Theologiam / et Christi spiritum propius multo accesserit: q̄ immānis hęc tua criminatio.

¶ De Ecchio vero nihil oscius est quod suspiceris: neq; .n. fec

rentarijs ille egit militibus (quū auxilia tua / ipsijs plerumq̄ le-
giōibus sint robustiora) Nec ego tā stultus sum : vt illius litē/
meā velim facere. Nihil mihi rei cū Ecchio in hac causa : nihil
cū Lipsensib⁹ quos in literis erga me tuīs minitaris simili ali-
quādo inuoluere gloria Emancipat⁹ dudū ac mei iuris factus
sum. Meā scripsi epistolā. meā defendā. Pro Aegocerate meo
causam dicā. Proin tu mihi nūc loquere: deide cū velis Ecchio
vel Lipsensib⁹ / aut etiā Megarētib⁹. Erūt forte qui tibi rñdeāt
Neq̄ .n. triuiales Lips habet phiē Magistros : sed tā greca q̄
Romana faciēdia / tam ligata q̄ soluta oratiōe pollētes qui me
etiā longo post se interuallo a tergo relinquāt Sed quid opus
est matrē etiā et filiā itestinis irretire odijs? An parū esse putas
nos duos insanire: nisi ceteris etiā molesti sim⁹ : Proijce igit tu
nō solum Carolostadiū et tuū neminē: Verū politioris litterarū
turę et philosophię Aesticampianos ac Melanthonēs. Et ego
nō modo Ecchiū et nostrū nullū (qui tñ nō sunt) verū omnē
aliorū: etiā opam / pro hac vice cedo. Nudus tecū manū con-
serā: vt gymnici certamis decet paleftritā. Iuro. n. tibi et sacrū
Christi tribunal cōtestor: me omni hūano auxilio destitutum
(exceptis libris) ista scribere : atq̄ adeo quidem vt ne puer
sit qui dictata excipere posset sed ipse mihi esse cogar simul &
dictator et actarius Alioqui nisi descriptio me tenuisset: iam
pridem tibi occurissē.

¶ Quā molesta tñ mihi res sit / digladiatio illa inter doctos / &
nouus hic tractādę Theologię mos / quo nihil agimus nisi iur-
gia ex saphico meo adiuncto potuisti intelligere. Desine igit
ab hac calūnia: quia non solū vacante animo inuidia : verum
ignorantibus etiā cūctis: maxime autē Ecchio / per multa tunc
stadiorū milia a me distante / hęc mihi sūpta est prouincia: Lō-
geq̄ alia scribēdi fuit causa et iustior : q̄ vt vel tuo ipsius odio
vel illius fauore adductus fuerim. At in disputatiōe Lipsię tor⁹
ardebas: Fateor: quis .n. non arderet / aut cuius aures nō hor-
rescerēt: dum tu tam insolēter palā diceres / Ioannis Hus arti-
culos quosdā (etiā per cōciliū dānatos) euangelicos fuisse ac

Christianissimos: Quod ego nihilominus tam fauorabili circumscriptione obtexti: ut catholicos pro Christianissimos mutuarim ne odiosorem causam tuam facerem. Et tamen Timonianum me tibi inimicum autumas. At ita de te amici mihi retulerunt. Qui sunt hi amici? Tu ne amicos existimes / qui te palpant: qui omnia tua laudant: qui dum populari tibi auram et famam aucupant: famosum magis quam famigeratum efficiunt? Quin tu potius vni credis Erasmo / rubea cera notanti / quadam in te precipitantia: tum veterum auctorum ac Pontificis maximi in tepestiuam sigillationem Tandemque false licet recte admonenti: futurum (ni caueris) ut id quod facis / non semper facere possis. Hoc quid sit dicere: tu qui nasum Rhinocerotis habes / facile olfacies. Eadem ratione in dicta disputatione / nemo tibi tam fuit inimicus quin satis superque doctum: nemo tam amicus quin audaculum / nimisque ad iniuriandum valentulum esse confiteretur. Idem mihi plane de te iudicium: Quando me vis reuelata tecum loqui facie: Irritiora scilicet / insolentioraque pleraque esse scripta ac dicta tua: quam que vera Christiani preferant pietate: Nihilque nobis tandem paritura / quam nouum quoddam schisma / et graue in ecclesia dei scandalum Atque ob hoc optimo cuique merito odiosa et suspecta. Ecce nunc palam tecum loquor: et prouerbium nullum facio. At idem tibi Dresde olim: & Lipsie deinde in facie indicaui: fraterneque admonui / rogans ut Zelo adderes scientiam: sapientiam loqueris inter perfectos: offendentem a paruulis: et superstitionem nostrorum ita taxares / ne religionem simul omnem extingueres: et atheos omnino faceres Germanos. Sed tu contrafracta hospitali tessera admonitionem nostram floccipendens: et malum / ut Cecias nubes / ad te trahens: maiora in die ausus es: donec pudore deuorato frontem omnino perfricisti.

¶ Vbi igitur apud te nihil profeci: hanc saltem de te sententiam meam interrogantibus me super doctrina tua / simplici ac germana fide confessus sum: Quando de his que publice fiunt / liberum nobis est iudicium. At illi egregii tui amici / nihil referre putantes in te odium et inuidiam (que tamen Basilius ille magnus proprio

libro secreuit) tanq̄ Vatinianū aliquē inimicū me tibi incōci-
liauerūt. Maxime aut̄ semidoctuli quidā ciniflorēs tui (scio in
quo loco) Qui etiā inuectiuā contra me tuam: nondū ex inte-
gro natā: per man⁹ traditā et pro munusculo inuicē missitātes
letati sunt sup animā innocentē tanq̄ q̄ inuenit spolia multa.

Quos ego: sed motos prestat componere fluctus.

¶ Intelligis ne tandē vter tibi amicior: Hieronymus /candide
admonēs: an assentatorū grex ille trilitterus? Quod si pariter
et ipse a te ante fuisset monitus: inuenisses profecto Calliclē
si te mihi prestitisses Megaronidem.

¶ Nunc vero q̄ nequiter mecum agis: qui me nō solum citra
vllam culpam: sed citra euangelicam etiam admonitionem
orbi publice traducis: animulam hanc diabolo pro te cōsecras
se nugaris: Et conscientia meam tam constanter accusas /q̄ si
per fenestram vidisses omnes cordis mei latebras. Cum nihil
magis in Vulcano Momus rephendat: q̄ oblitū eū fenestre-
nulas illas in corde quib⁹ p̄spici possent hominū cogitatioēs
Sed dices: Si igitur neq̄ inuidiē stimulo /neq̄ Ecchio instigā-
te epistolā edidisti: quē nā alia tibi fuit causa? Scies id postea:
nō potes modo .n. portare omnia. At nos interim aliū excu-
ciemus saltum. Luter.

¶ Legi igitur Aegoceronta tuum. Nec refert .n. quo nomine
monstrum appelles infelicissimū. Emser.

¶ Tunc monstrū appelles infelix: quod inter sidera cęlestia
tam feliciter est receptum? Cū tuus interim Luter: vnde Lu-
tero tibi nomen est: ad stygias damnatus sit paludes. Cui hoc
etiam mali accidit: q̄ cum tu falso duplicitatē mihi impropo-
ras: propter bifectilem armorū aream (quod mihi cū multis
clarissimis etiam familijs cōmune est) Ille interim grauissimo
auctori Plinio vere inter amphibia. hoc est duplicia referatur
Adde tu eadē felicitate /q̄ itidem venator est ac tu Nec caret
mysterio /q̄ vestimentorū etiā fimbrijs ad splendorē pretextif
Sic .n. ipse quoq̄ doctrine tuę nouę fucos quosdā pietatis pol-
lucibiles preterdis: Vt recte in te quadret Horatianum hoc

B

Purpureus late qui splendeat vnus et alter A fluitur pannus.

¶ Huius quippe belle lutre tibi nomen conuenit. Sed tu ad effugiendum hunc ethymum aspiratiōe subdole interposita rem celare uoluisti. Quod sentiens Aegoceron meus eam tibi tanquam spolia detraxit opima. Veteranus enim miles est: et (ut hoc etiam ad gloriam eius adiciam) non solum cum Ioue olim in Ida nutritus: ut Cretensis ait Epimenides. Verum etiam in bello illo antiquo contra Titanos ei auxiliū tulit: quod simili superbia et impietate quadam congestis in unum montibus et caelo illum detrudere moliebant. De quibus Virgilius ait Et coniuratos caelum rescindere fratres. Ex quo bello victor Iupiter iter astra eum retulit: et immortali honore dignatus est. Quam ego gloriam si tam essem iactabundus quam tu es: commode nunc in me transferre possem: propter similem mihi cum Aegocero te meo operam. Vide igitur ut is qui tibi tam olet: superis etiam in deliciis esse et tanquam stella fulget in caelo quem tu dum obscurare niteris: gloriosum magis / vel inuitus reddidisti.

¶ Quod autem de peccato nugaris versiculorum meorum in grammaticam: non recipio: nisi doceas. Quod ut docere nequis: ita etiam tacere non potes: quin saltem sandalium hoc ueneris cauilles.

¶ Illud uero quod nullis tibi indulgentiis condonabile uisum est quod scilicet sine foeno dixerim. tunc tandem uerum apparebit: ubi priorem et modernum hunc Aegoceronta simul expederis. Nec negabis deinde Aristoteli docentem opposita iuxta se posita magis elucescere. dicesque cum propheta. Homo cum in honore esset non intellexit.

Luter.

¶ Quid igitur faciam miser?

Emser.

¶ Noli desperare mi Luter. Nondum enim ad triarios res redire. Restant adhuc alia quinque.

Luter.

¶ Verum Christus meus uiuit.

Emser.

¶ Utinam in te etiam uiueret. Opera enim uite et spiritus christi ut Paulus inquit / sunt pax / modestia / largitas / patientia. Et alibi Charitas benigna est / non emulatur in proximos / non inflatur aduersus potestates sublimiores: omnia suffert. Sic tam Petrus

¶ Paulus longanimitate et patientia / secularē Neronis Tyrā-
nidem / vrbis et orbis prodigiū / equanimi⁹ sustinuerūt: min⁹
illi detraxerunt ¶ tu summi viui ac veri dei Vicario Atq; illi
quidē nihil huic obnoxij. Tu in pontificis verba iuratus: et ex
diui Augustini regula / sacramento et religione illi obstrictus.
Nec tñ es periurus: nec sentit infelix tua conscientia: Christo
etiam viuente: ipsam esse mortuam. Luter.

¶ Primum mi Emser omitto blandiloquia tua.
Emser.

¶ Neq; tibi his verbis blandiri volui / a quo nihil est quod spe-
rem: neq; derogare eruditioni tuę cui nihil inuideo pręter ama-
rentiam istam ac perpetuam quandam philautiam.

Luter.

¶ Huc mihi ausculta: Qua tu noua religiōe arborē Laudas et
fructus vituperas? Emser.

¶ Non est noua religio. Es tu Magister in Israel / et ignoras
Christum etiam quondam arbori / quę propter foliorū pul-
chritudinē frugi esse videbatur: ob fructuum tādem inanitatē
maledixisse: Quid mirum igit si mihi quoq; prima fronte fo-
lia tua: id est: verborū lenocinia / imposuere: quę doctis etiam
imponere solent. Verū ego propter fratres meos et proximos
meos loquebar pacē de te. Propter domum domini dei nostri
quę suū bona tibi. Tu vero picisti sermones meos retrorsum

Luter.

¶ Cur ergo iniquissimo aio fers. pbari boemis dogmata mea
Emser.

¶ Quia nemo seruire pōt duobus dñis. Si adhuc hominibus
placere: Paulus inquit: Christi seruus nō essem. Homies dico
Boemos quo ad hūana tantum sapiunt. Litterę dumtaxat in-
herent: mysteriū spūs excludunt: Ecclesiam nō audiūt. Talib⁹
probari / probro potius q̄ laudi tibi dederim.

¶ Sed veterator hic et sequētibus locis ex pticulari vniuersalē
mihi subtrudere molit tanq̄ oia dixerim q̄ boemis placent esse
mala: aut ipm oia illoꝝ p̄futasse Cū exp̄isse epl̄a mea sic habeat

B ij

Nec se in hoc illis cōsentire: neq; cōsensurū vnq; publice ptes-
tans. In hoc dixi: id est: in discessione ab obedientia Romani
Pōtificis de qua tunc agebāt. Non aut in omnib⁹. Quid igit
dialecticatur impostor hic pessimus: ex Iudeis etiam mendic-
dicata sibi queritans suffragia.

Luter,

¶ At hic ausim iurare emseriū hereticū cui sine dubio vel aurū
del vxorcula aliqua boemice factōis formosula possit placere

Emser,

¶ Quam hic sycophantissat monachus. Qui periuriū iterū cas-
lumnię addit: vt illud impleat Osee: Sanguis sanguinem tes-
tigit. Christus in ferijs etiam iurare nos vetat: et hic per ludos
ludificabiles iuramentū vltro offert. In dubijs peiorē partem
pronunciat: et conseruum suum iudicat. Hereticus hereticum
me vocat. Ac plane ridiculū hoc ludit epitaphion qd' Romę
olim vidimus. Hic vir meus / Behrius ebrius / ebriā me nūc
pat. Deniq; aurū mihi placere putat / quo nihil vnq; apud me
fuit contemptius. At mulierem formosulam siue boemicā siue
Saxonicā displicere nemini arbitror. A qua cōmuni lege nec
Hieronymū quis exceperit. Quando id sine peccato etiā fieri
posse puto. Cum non placere sed concupiscere Christus inhi-
buerit. Adde q; leui⁹ multo est placere cui piā mulierē creaturā
dei: q; schisma q̄rere et inter fratres discordiā: creaturā diaboli

Luter,

At libidinē / pompā / auariciā / supbiām clericorū illi miro mo-
do detestantur.

Emser,

¶ Quasi non hęc eadem vicia in monachis quoq; detestentur
tam boemi q; Christiani: tantoque vehementius / quanto
maiorē hi sanctitatis speciem foris ostentant: et sub imagi-
ne pietatis plerumq; nobis imponunt. O si ego nunc eodem
penicillo depingere vellē fratres istos / quo hic clerū (indire-
cto ac torto a cōtrario sensu ad hoc argumēto) dehonestat: q;
mihi iusto opus esset volumie. Sed absit. vt ob pestiferā vnus
linguā / multis etiā bonis patrib⁹ sim molest⁹. Quin potius et
Luterus pereat / et Emserus (si aliter fieri nequit) dummodo

pax sit in ecclesia dei. Reuereant monachi clerū. Foueat clerus
monachos. Alterq; alterius onera portet: alius alium fraterne
emendet: cadentē erigat potius q̄ subsannet: Vt vtriq; simul
vna populū domini tam exemplo q̄ doctrina sana edificare
valeant. Hoc meū votum: hic meus est animus. Ad hoc omēs
tam clericos q̄ monachos per viuentē in secula obtestor. Ob
hoc ego nūc multa dissimulo: et iudiciū omne Christo (cui pa-
ter id dedit) relinquo. Cuius etiā voce tam bonis q̄ malis pis-
cibus plena semper fuit sagma illa ecclesie. Qui et Zizania et
triticum crescere vult donec ipse ueniat.

Luter.

¶ Deniq; veniunt ad manus meas quotidie &c.

Emser.

¶ Veniunt et ad me non solū priuatorū / sed Episcoporū etiam
littere / Aegoceroti meo gratulātes. Quorū quidā integerrime
vite et magni nomis presulita ad me scribit. Accepi vir cla-
rissime doctū tuum Aegoceronta sine sceno vt in fronte pollis-
cetur. Candidus est et nitidus / Christiane religionis sincerus
defensor. Et infra: Mirū est / vir doctissime / vulgus tam doctū
q̄ indoctum: cui noua semp placent: ita tumultuario assensu si-
ne iudicio / sine ratione / sine cōsilio / sine prudentia / in hanc sen-
tentiam pedib; ruere / ac palmā huic tribuere qui non dum ab
aduersario doctissimo ac Christiāissimo viro Ecchio gramē
accepit. Quos erroris sui ansam hinc accipere arbitror / q̄ ex
nullis cōcessis sed omnibus negatis / certam fuisse credūt victo-
riam. Hi reuera faciūt: vt Aegeum mare primū nauigātes sco-
pulos illos capram iudicent. Hec ille. Cuius ego iudiciū pluris
facio q̄ omnes tuas aut adulatorū tuorū nugas nugacissimas

Luter.

¶ O vos infelices nihiliq; Theologos: idola mundi. &c.

Emser.

¶ O q̄ difficulter ego venam hic teneo poeticā. Cōtinebo ta-
men Christo p̄c ptore Sed tute lepus es et pulpamentū queri-
tas. Tu ipse turrim David impugnas / dum veterē illam Baby

B ij

Ioniam tam solcite reedificas. An ne quicquam aliud fortissimam
Davidis turrim plus demolitum est quam hereticorum placita? An ul-
lus ei aries tantum decoquere potuisset: quantum Arrius Sabellus
us/Euticus/et id genus heretici: quorum placitis Asiam/Aphri-
cam /et magnam Europae partem perdidimus: Quammodum nos-
uissime etiam inclytum boemiae regnum magna ex parte Ioannis
Huss et Rockuzani opera. Horum tu vestigia sectans: parum re-
ferre putas et inutiles esse locos hereticorum placita vel displicen-
ta: quae sanctis olim patribus tot fecerunt negocia. Ad hoc mer-
curiali eloquentiae tuae virga / haec omnia nostris imponis Theo-
logis quorum plerique in Christo defuncti miraculis clarum / et spe-
ctabili vitae sanctimoniam. Ita malum bonum / tenebras lucem / no-
ctem diem esse dixeris: non attendens / quod Esaias ait / Ve-
ni qui dicitis bonum malum. Luter.

¶ Sed quia Aegoceros es facile hoc rethe eludes.

Emser.

¶ Non hoc tantum sed ceteros etiam casses tuos / adiutore deo.

Luter.

¶ A deo ne de omni mortaliu sensu desperasti ut tibi credant
alia boemis dogmata mea placuisse quam quae in libris meis lege-
runt?

Luter.

¶ Ego vero nil aliud volo. Nec quicquam magis conqueror quam quod
illi ex libris tuis audiunt te indulgentias / Romani pontificis pot-
estatem / purgatorium / confessionem auricularum / Sanctorum cano-
nizationem et alia quae ad stomachum eorum faciunt in nihilum re-
digentem. Nos vero in disputatione contrarium a te audiuimus.
Omnibus .n. his plus multo tribuisti / quam vel libri tui ac zede so-
nant vel omnium nostrum de te fuerat expectatio. Imo a scholasticis
nostris doctoribus (si quis poenitius introspexerit) parum
praeter verborum fucum ac contentionis studium in quibusdam recedis

Luter.

¶ Quod si Boemi mecum sentiunt recte sentiunt.

Emser.

¶ Siue illi tecum / siue tu cum illis sentias: non patiar te duabus

sedere sellis: vt simul Boemus ac Christianus esse velis. Nec fe-
ret id Christus. Qui contra me est: inquit: non est mecum. Qui
non colligit mecum dispergit. Luter.

Simili schemate et Ruffinus olim impetebat Hieronymum.

Emser.

¶ Cum ipse sim Hieronymus: cur Ruffinum ex me facere pre-
stigator hic contendit? Nunquam equidem tibi concesserim/vt ex
Menechmo facias Sosidem: Hieronymus mihi nomen est. Tu
siue Ruffinus/siue Riuius ille plautinus es: mea nihil refert.
Modo ego Hieronymi nomen iustrali aqua mihi a parentibus
inditum/non amittam: quod etiam auxiliante Christo facile
contra te defendam. Luter.

¶ Quis te de hoc certum fecit? Quid si illi negent.

Emser.

Patrocinator iterum suis Sed quid tu tanto hic studio te scire
dissimulas/quod infra tam Lubens agnoscis: vt et tragicum in
more exclames: Sine igitur infelix inuidia vel a Thurca pro
me pces fieri: Et mecum ob hoc stomacheris/quia prophana here-
ticorum sacra appellauerim. Quid opus autem hic testibus in eo/
quod vel meridiatis diei luce manifestius? Atque hec potissima
mihi causa fuit edende epistole mee: quod viderent talia esse tua do-
gmata: quibus non solum Boemi gloriarentur: verum vulgi etiam
pars magna Christiani/nouarum rerum semper appetens Teque
ex eadem fidelia duos delinire parietes: Scis .n. quid sit apud
Ezechielē ipse edificabat parietem: illi autem lineabant. Accedebat
ad hoc quod plerique ex dubiis certa faciebant: nec solum laici sed et sa-
crificuli quidam torto naso ex suggesto in peiorem partem omnia
detonabant: non nulla etiam contra tuam ipsius sententiam. Opere
scilicet igitur putavi gliscenti morbo/tempestiuum adferre reme-
dium: ne interea loci dum iudices calculum morantur tam Boe-
morum qui adhuc in Christo sunt: quam nostrorum recentia vulne-
ra in diem latius serperent. Id autem facturus/data simul opera que
sunt: et ni fallor prelitati/vbi equus adsit iudex: vt non solum sine
villo tuo fieret dedecore/sed cum summa etiam laude: Quando imis

ca. Sūt
nonnulli
46. dis.

tatus Gellum et te et Ecchiū / tanq̄ duas quasclā eminentias
in arce Theologicī fastigij cōstituti. Et tu hoc inuidere / nocere
/ mentiri asseris? An quia niger es monachus om̄ia candida
in nigrum vertes? Aut morbo hoc maledicentię tanq̄ ardore
ęsttuans febrili: omnia dulcia amara iudicas: Sine igit et tu / in-
uidētissime Theologe / cōmuni me animarū saluti cōsulere: et
vel offenticula quę cęcis a cęcorū ducibus in via ponunt / tol-
lere. Erit. n. hac epistola nō obstante / maior semper tuorū nu-
merus. Cum ego nō multitudini / sed meliorib⁹ tantū placere
aut etiam prodesse cupiam. Nam vt Chriostom⁹ inquit vera
Christi charitas nullam desiderat multitudinis gloriam.

Luter.

Sed adhuc rogo post vulnera: Quero an tua verba credas esse
vera / vbi scribis Boemos pro me publica fecisse sacra.

Emser.

¶ Verissima. Quin certo certius habeo multorū tam nobiliū
q̄ ciuium fideli testimonio / vel hodie in ecclesia malignantiū
p̄ces fieri publicas pro Lutero / vt confortetur ac vincat. Vbi
etiā audito mox noie fratris huius deuotissimi / ingenti plausu
vniuersus adorat popul⁹. Sed hoc eū vt nō later: ita etiam non
pudet.

Luter.

¶ Quod si dogmata mea et tu vera arbitraris.

Emser.

¶ Absit hoc a me. Verū heus tu / hac ego lege / tua deinde lectu-
rus sum / vt si qua vera sint / ac tam Christū referentia / q̄ lucet
nam et ingeniū redolentia citra vllam inuidiā ea probē Sin fal-
sa / scandalosa / impia ac quadruplantia si mihi etiam dederis
quod Balac promisit Balaam / laudare non possum.

Luter.

¶ Plaudant Boemi q̄ patrono Hieronymo Emserio Christi
sacerdote / et teste veritatis probant catholici et Christianissi-
mi / vt qui pro veritate publica sacra fecerunt. Mereat Roma.
Infaniet Eckius.

Emser.

Infaniet certe monachus ipse: nec hellebori iugere purgari po-

terit. Mentit̄ item de me sine rubore. Quæso. n. te lector ubi vñ
q̄ dixi in epistola mea Boemos schismaticos / esse catholicos:
aut pro veritate sacra operatos? Luter.

¶ Quis. n. putas mihi cor tuum reuelauit: et reuelandū dedit:
nisi ille qui dedit nobis scire etiam cogitationes Sathane?

Emser.

¶ Cum Sathana tibi negociū essenihil moror. Dedisse aut̄ tibi
deum / scire cogitationes hominū / et secretorum suorum fecisse
participē / antehac ignorauit. Paulo credidi dicēti. Quis .n. co-
gnouit sensum dñi: aut quis cōsiliarius eius fuit: Sed vt video /
decepit me Paulus : forte quia is in tertiū tantū cœlum raptus
fuit. Tu vero cum Lucifero in Aquilone posuisti thronū tuū:
et similis factus es altissimo: Heu q̄ vereor ne ab hoc Aquilo-
ne tandē p̄ndatur nobis omne malum. Sed quid si ipse quoq̄
vates fiam: incipiamq̄ diuicare puerū hunc / tam implicabilis
in Romanū Pōtificē odij tui / aliū habuisse patrem: q̄ nihil scili-
cet quæsti ex indulgētijs tibi aut tuis etiā accesserit. Quod Te-
cellio ac suis potius q̄ tuę farine hominib⁹ negociū datum sit:
Hęc. n. non vane imaginor: sed suspitiōis istius tu mihi ansam
prestisti: Qui mihi vbi in Cācellaria principis Ecchiū / Ca-
rolostadiū ac te / semotis arbitris obsecrassem. vt p̄pter hono-
rem dei abstineretis a cōuicijs et paruulorū offensione: respō-
disti satis theologice: causam hanc neq̄ propter deū esse ceptā
neq̄ propter deum finiri oportere. Luter.

¶ Quid q̄ tu ipse auct̄ oritate Bedę non neges: Ioannem Huss
falsa miscuisse veris. Emser.

¶ Nouum iterū mendaciū assumit hic meus Ruffinus. Verū
vt assumptū falsum est: ita omne quod nequiter ex eo deducit
Non. n. dedi Ioannem Hus quicq̄ dixisse veri: sed casum pos-
sui. Ita. n. sonant verba mea. Quod si Ioanni hoc etiam detur.
Quid igit̄ opus hicerat tot exclamatiōibus: nisi q̄ multas per-
damus carthas? Luter.

¶ Ecquis furor est impietatis tuę vt pro catholicis dogmatibus
non solum indignis sacra fieri: sed etiam appelles pro-

C

phana / abhominabilia / execrabilia. Emser.

¶ Quid ni prophana illorū sacra dixerim : quos tu ipse quoque schismaticos esse ais / nec posse te illorū schisma defendere. Cū interim nil aliud agas q̄ subpatrocinari eis / et vt sacrificia ipsorū sacrosancta esse conuincas me peiorē omnibus hereticis et demonibus esse dicis qui prophana ea nominauerim.

Luter.

¶ Esto sint Boemi heretici: at quādo pro veritate orant: sacra hec tu prophana audes dicere. Emser.

¶ Hem patrociniū futile. Cum nec dū constet / nec ab vllō iudice definitū sit / pro veritate aut catholicis eos orasse dogmatibus dum pro scholasticis tuis orant positionibus.

Luter.

¶ Quid sentis de meis sacris : que pro te et Ecchio facio magno affectu. Emser.

¶ Effectu mallem id faceres. Ceterū tantū de patroni sentio / quantum de clientulorum precibus: quo ad pellem mutaueris

Luter.

¶ Neq̄ habeo (crede non crede) quibus me plus debere videar: et pro quibus ardentius orem q̄ pro Ioāne Tecellio et p̄te

Emser,

¶ Tecellius in pace quiescit. Cuius si lucidus fuit oculus : lucidam in cœlo habebit mansionē. Pro me aut tunc magis orabis sedulo : vbi anio olim defecato tecū reputaueris q̄ atroci / publica / et inextinguibili me affeceris iniuria. Id q̄ absq̄ vlla iusta causa:

Luter,

¶ Arbitror o lector mi Aegocero ta hunc cepisse: et si non omnes mollosos et veltres in eum misi. Emser.

¶ Quin ipse mi lector / cernere te puto: ut Venatorē hunc in suum ipsius laqueū induxerim. Quos aut mollosos aut veltres ille mihi cōmemorat : quasi parū hactenus seuitū sit: Num putat me forte Diane templū incēdisse: aut sacrā Ioui coronam e capite surripuisse? Sed quid mirū / si canis canibus oblectetur? Vt aut sciat me nihili facere magnificas illas suas minas: emite

tat ipse Albanos: et ego contra statuā Rhodienses / qui vt pri-
mum Thurcam olfecerint: mordicus dilaniabunt.

Luter.

¶ Versemus ergo viscera ista: et omnē fimum eius concidam⁹
ac detracta pelle sacrificemus eum. Emser,

¶ Honeſta nempe monacho prouicia. Digna Theologo ver-
ba: maxime autem Cynico. Quod si hanc etiā carnificinam
feceris: totūq; super lanienā exenteraueris: non inuenies in me
nisi fidē Christi: cui gratias ago: et letus pro nomine ipsius has
fero cōtumelias. Esto aut fimum meū / concisum vel inconci-
sum Plutoni tuo sacrifices / susq; deq; mihi fuerit. Luter.

¶ Per coronidem suam terribiliter Machabeā totam q̄ splen-
dide Martinū hereticū triumphat. Emser.

¶ Hacenus oscitanter quēdā preteriui: q̄ mihi maioris vide-
batur esse rixe: et minoris negotij. Nam is monachus / qui su-
um esse dicit: pauca sed bene meditata ac pōderosa adducere:
tot interim futilia ac scurrilia mihi blateramenta coaceruat: vt
maiori lōge opus sit opere: vbi singulis velim respōdere. Diffi-
cile. n. est cū ranis rhetoricari: aut cicadas cantu vincere. Ac-
cedit ad hoc q̄ Boemorū etiā causa: in quā obiter me p̄traxit
vt eorū qui foris sunt: et esse volūt: non adeo mihi curę est. Sa-
tis. n. ni fallor illis per priorē meam epistolā consului: si aures
habuerint audiēdi. Nunc verō vbi dignus vindice nodus in-
cidit: et nostris etiā venenū propinat: accuratius aduigilandū
erit Christi Sacerdoti. Cōfutaturus itaq; coronidē nostrā (a
sacris literis non alienā) nouis iterū iniuriarū plaustris me one-
rat. Et cū ratione nequeat: ad cōiicia et mendacia solitū recur-
rit perfugiū. Neq; .n. eum in epistola mea vsq; hereticū trium-
phare volui: et ea quę scripsi citra iniuriā et preiudiciū vtriusq;
me scribere fatis clare protestatus sum. Sed videamus / vt ve-
nator hic vafer id quod principale est / suspēso pede transit: cir-
ca appendicē tantū retia tendēs. Caput .n. coronidis meę fuit
Pōtificatum Aaron et successorū ipsius vsq; ad Cayphan: de
iure fuisse diuino. Hanc ille dissimulat: instar callidissimi serpēa

C ij

tis obdurantis aures suas ne vocē audiat incantātis. Et de hoc quod obiter vgl vno verbo incidat: decore videlicet domus domini et ornatu sacerdotali / tragicos miscens clamores per duo integra fere folia: imo ad finē vsq; stomachat. Ehodū bone frater: qd est q; iterū Venere omīssa ad sandaliū ipsius respicis. Aut quid tibi ecclesie / pōtificum / ac sacerdotū bona / ornatus / pompa / fercula / tam odiosa sunt in oculis: que religiosissimi principes / nobiles ac ciues vtriusq; sexus / de bonis sibi a deo collatis / ad honorē domus dñi et cultū diuinū / magno studio et deuotione vltro cōtulerunt? Nunquid hic etiā cum Iuda tibi cōuenit: dicente: Vt quid pditio hęc: potuit. n. istud venundari et dari pauperib? Nunqd referre putas inter eos qui vltro oblata acceptāt: et eos qui deuorāt domos viduarū ac pauperum / obtentu longē oratiōis: Sic vos occecat inuidia. Quāto sanius Illūstris natalib? / et veteris farine Theologus Otto frisingensis Episcopus / de ecclesie pontificū ac sacerdotū bonis differens / sic inqt: Ad hoc fateor: aliud refugiū nescio q; q; sanctos apostolicę fidei et meriti viros / Syluestrū / Gregoriū / Vdalricū / Bonifaciū / Lampertū / Gothardū / aliosq; complures ea cognoscim? habuisse. Et subdit. Ego .n. vt de meo sensu loquar: vtrū deo magis placeat / hęc ecclesie sue que nūc cernitur exaltatio: an prior humiliatio: prorsus ignorare me profiteor. Videtur quidē status ille fuisse melior: iste fcilior. Assentior tamē Romane sanctę ecclesie quā supra firmam petrā edificatā non dubito: credēda q; que credit: possidēda que possidet: credo. Hec ille. Cum hoc sanctissimo viro maioris mihi lōge q; Luterus sit auctoritatis / ipse quoq; lubens sentio: et credo quod ille credidit. Cū Scipione tamē illo Romano: nunq; deum orauerim: vt res ecclesiasticas quantū ad bona tēporalia plus augeat: sed vt satis auctas propicius tueatur et seruet incolumes.

¶ Quod aut similitudinē meam de meta et catillo: que mihi p superiore et inferiore molam significata sunt: hic etiā naso suscipendit: et ipse sibi dissidens: tam inferiore q; superiore lapidē

modo ociosum modo negociosum facere nititur: tanq̄ nō cō-
staret inter Theologos quatenus Synagoge rōudiū se exten-
deret: ad Maximū Thaurinensem Episcopū auctorem mini-
me poenitendū lectorem remitto: cui nostra illa nō discrepant.

Luter.

¶ O ignominiosum honorem noui testamenti si simili honore
æquetur veteri. Emser.

¶ Imo longe ignominiosiorē / si non solum non æqualis sed in-
ferioris etiam fuerit conditionis. Luter.

¶ Non cogitasti / miserrime Emser cum hoc munus obires: q̄
susciperes argumentum tuis viribus impar. Emser.

¶ Quin tu celticam ausus es audaciā. Qui nō solum doctores
Scholasticos viuētes et mortuos sanctissime vite viros et cœ-
lo dignatos / ex Theologorū centuria: sed summū etiam Pon-
tificem de ponte deicere presumpsisti. Sed age videam⁹ cuius
humeri suscepto negocio magis respōdeant. Luter.

¶ Rogo infelix canonista apostolū ad Hebr̄eos non legisti.
Emser.

¶ Nā tu infelix es Theologus: qui propter pōtificatū Chris-
sti eternum (quē Paulus illic adumbrat) cuius tabernaculum
nō manu factum: cuius sacerdotiū non secundū Aaron: sed se-
cundum ordinē Melchisedech: Pontificatū Petri et successorū
eius neges esse summū: Quum tamē legitimi sint illius in terris
Vicarij. Et mūdus hic inferior superiori tanq̄ Archetypo ne-
cessario respondeat: Ita vt nihil obstet (nisi forte pertinacia vel
inuidia) tam Christū esse summū Pōtificem q̄ Petrū: suo tã-
men vtrimq̄ modo: vt infra dicā. Sic etiā propter petrā Chris-
sti mere spiritalē: Petrum / petrā esse fidei / et ecclesie huius mi-
litantis pari fūco / cōtra sacros canones et tuū ipsius Aurelia-
num impugnas. Imo cōtra ipsum etiam Paulū Cui de spirita-
li Christi Petra etiā Patres veteris testamenti in deserto olim
potauerūt / longe ante Romā conditam. Cum Petri petra sub
Tiberio primū / nomē ceperit / et mundo simul illucescere. Sed
in foelicitatē tuā in re Theologica: hoc maxime prodit: q̄ etiā

C ij

a laicis Theologiā tuā mendicare cogeris. Cum .n. antea pontificem ipsum proclamante etiā Erasmo / impuro ore vellicaueris: sumpto nūc a principibus (vt ipse fateris) exemplo: inter Romanū tandem Pōtificem et curiam Romanā distinguere didicisti: nouo argumēto veterē ludens tragœdiam. Erubescere ergo fili Cham / oprobriū patris tui. cuius verenda non solum coram nobis nō tegis: sed et Boemis et Thurcis deridenda exponis: q̄ inuenti sint laici principes / maiori erga patrē pietate ac reuerentia: q̄ tū factura illius monachus ac Theologus duplici eidem sacramento in auctoratus.

Quod autē in fœlicitatē mihi sacrorū canonum toties exprobras / tu et tuus nemo: diluendū aliquādo duxi: tam pro me q̄ pro illis causam dicturus. Imprimis igitur Gracianū decretorum collectorem / virū sanctę memorię et de rep: Christiana optime meritū fuisse assero. Ea quę tractauit: distincte / apte / copiose / et vtiliter tractauisse. Non q̄ omnia ibidem posita / cōstitutionis aut iuris instar sint habēda: Sed quia tunc rara erāt originalia: vbi in materiā aliquam incidit: omniū quos habere potuit auctōrū sententias pro vtilitate publica confarcinauit: ipse de suo parū admodum addens aut definiens. Itaq̄ cū nec hodie cuiusq̄ sit Corynthus petere: et tot p̄ciosa cōparare volumina / Habent pauperes ecclesiastici / tanq̄ syluam / qua et se et plebem pascant et erudiant. **N**ecq̄ .n. parū profecit: sacris litteris qui decretorū codicē studiose meditatus est. Habēt itē doctores nostri in eo libro canones in Scholis ad legendū: in foro ad decidendū: in cōscientia ad discutiendū necessarios. In quibus si quid obiter occurrit nodosum: aut prima facie / vel euangelio aut alteri scripturę canonicę dissonū: eorum / aut conditoris legum ecclesiasticarū Pōtificis maximi potissimū interest nodū soluere: non tua / qui Luterus es nō cœdipus. Insolenter igitur / in scite etiam aliorū tibi vsurpas prouinciā: et ad prima vela / totam improbas nauigationē: utq̄ ipse frigidus es: ita frigida illa iudicas: ex cordis .n. abūdantia os loquitur. Quod vero ad me adtinet: noli esse sollicitus. Sic .n. et in decretis et in

facris literis versor. vt ex fontibus **Q**uæ riuulis haurire malim
nec omnia quæ vel hic aut illic occurrunt / ad stomachum meum fa-
ciant. Mihi bis septem ante annos Lipsiæ prima in Theologia
laurea donata est: id quod impensa / liberalitate et munificentiâ. Il-
lustrissimi principis mei: cui potiorè studiorum meorum partem de-
beo. Verum tractandæ Theologiæ mos: qui tunc erat: adeo mihi
molestus fuit. vt ad iuris studium me diuerterem. Cum autem pri-
uatum tandem viuere: nec in foro versari: nec in cathedra lecti-
tare / meus mihi persuasisset animus: eatenus in canonibus pro-
gressus sum: quatenus necessariū mihi fore putauit. Per succi-
suas horas / quas orationibus et rei diuinæ suffragari oportuit:
animo indulsit / vt nunc sacris nunc gentiliū se oblectaret litteris.
In quibus an foeliciter vel infœliciter moratus sim: aliorum esto
iudicium. Ipse cum ad coetaneos meos veteranos illos respicio:
aliquid promouisse mihi videor: quum ad presens seculum oculos
conuerto / sub quo / tanquam ex cornucopiæ omnis litterata prodit
eruditio: et recta etiã institutio: quæ mihi semper defuit: vel mecum
ipse sortem meam deplango: mihique infœlix videor. Quare non est
quod tibi succenseam / qui me infœlicem vocas Canonistam. Nec
est quod ceteris foelicitatè eorum inuideam: cum ex primis vnus fue-
rim / qui litterariam pubem ad hoc genus studiorum / humaniorum
dico / subinde cohortatus sim: adeo vt sepius ob hoc a magis-
tris nostris / male audierim. Sed hac de re satis. Luter.

¶ Non ergo vestium pompa / aut potentie magnitudo noui tes-
tamenti honor / sed figura fuit. Emser.

¶ Nemo hoc negat. Sed cum res sit figura / corpus umbra / mul-
to excellentius: in hoc militat argumentum meum / non dedecere noui
testamenti sacerdotes / omnem hunc mundum ecclesiasticum / quem
vetus illa Synagoga habuit. Neque enim implicat: sacerdotem foris
podere et purpura: intus iusticia indutum esse et vite innocentia
Vt de Basilio legimus: quem Effrem candida indutum stola: et cum
clericis suis venerabiliter procedentem: pariter intra se iudicauit
Inique. Qui tamen postea diuino admonitum oraculo / exclama-
uit: vere magnus est Basilius. Sic vel hodie fieri potest / vt ple-

riq; fratres etiam religiosi maiorē sub cucullo alant superbiam:
q̄ Episcopus aliquis sub mitra / et omni ornatu suo pontificali

Luter.

¶ Fefellit nos certe apostolus nec argumēto suscepto satisfecit
q̄ non etiam Petrum aut Romanum nobis Monarchā secū-
darium commendauit.

Emser.

¶ Apostolus tunc non lac propinabat / sed solidū cibum. Mys-
teria tractabat: non corticem. Iudeis loquebatur in lege peris-
tis: nō gentib⁹. Nec tunc locus erat de nostro illis pōtifice plu-
ra disere: quū vix hoc persuadere posset: vt vel Christū agnos-
cerent. Nusq; tamē vel Petrum pontificem esse et pastore / vel
illi aut prelatis ceteris obediendū abnegauit. Cū ad heb. i. dic-
cat. Omnis preuaricatio et inobediētia accepit iustā retributio-
nis mercedē. Nec sacerdotib⁹ etiam quicq; ad eorū vsū dees-
se voluit. Hinc est q̄ toties inculcat iustū esse / qui altario seruit
de altario quoq; viuat. Nec indignū vt qui spiritualia seminas-
mus / carnalia metamus. Neminē militare debere suis stipen-
dijs. Neminē pascere gregem: et de lacte gregis nō manducas-
re. Quā sententiā Xenophon in pēdiam Cyri proloquēs pul-
cherrime extēdit. Nec est q̄ mihi hic obgannias nō prohibere
te necessaria sed supflua: in hoc. n. ipse tibi assentior. Meminit
se aut nos oportet: in celo quoq; esse differētias angelorū: alta
q̄ alijs cōuenire. Nec decere vbi monachus mendicus curruli
vehitur sella: Episcopū pedestrem incedere. Aut vbi ille basi-
licas ac phrygias subducit colūnas: in lutea hūc habitare casa.
Cum huius nobis opa necessaria: illius etiā onerosa. His autē
omnibus modum imponere / nec tui nec nostri est officij.

Luter.

¶ Quare sicut in veteri fuit vnus summus nō duo summi: nec
vllus vicarius summi sacerdotis / sic et in nouo oportet fieri.

Emser.

¶ Vnum summū / et purū hominē Iudei habuerūt eundemq;
diuino iure: quod tu negare non potes. Talē ego nobis quoq;
vendico: nō plures. Sicut ergo nō sequit: Christus est summ⁹

omnium pōtifex: ergo Aaron non fuit summus iudeis: Ita nec
sequitur. Christus est summus: ergo petrus nō fuit summ⁹ no
bis. Mediator .n. veteris ac noui testamēti Christus: sacerdos
tium iudeorū nō extirpauit: sed transplātauit: non aboleuit sed
mutauit in melius: vt quod illos in sanguine hircorū ac vitulo
rum offerre iusserat: nobis in suo sanguine faciendū exp̄sserit
Idemq; tūc sanguis vitulorū figurabat: quod nobis sub panis
et vini specie hodie proponit. Sūmus igitur pontifex Aaron
iudeis: Sūmus Petrus nobis: vnū et eundem omnium summum
q; eternū pontificē / deum et hominē / Christū referūt. Vterq;
vicarius ipsius: vt sic dicam: ille p̄cedēs: hic subsequēs: ille p
legem: hic per gratiam: ille sub vmbra: hic sub luce. In luce .n.
Christiani habitāt. Cum ergo vna tandē futura sit ecclesiā iu
storum: a primo Abel vsq; ad nouissimū / soli deo cognitum
tunc fiat hodie cessit Pōtificatus Aaron / ita tunc etiam cedet
pōtificatus Petri et pastorale officiū: eritq; vnus tantū pastor
et vnū ouile. Vnus summus pōtifex et sacerdos in eternum in
re: quod illi fuerūt in spe sicut et nūc est et semp. Nec refert in
terea duos esse summos diuersis rationibus. Sic .n. et Ioannes
baptizauit: et Christi baptismo in hoc nō p̄iudicauit. Et vt ne
mo dicit Ioannē non fuisse baptistam: q; inter baptismū suum
et Christi per multū quidē intererat: Ita nemo sanemētis: dice
re potest vel Petrū vel Aaron nō fuisse summos pontifices / q;
inter eorū et Christi summitatē / pariter aliquid distat. Quod
autē de Petro et Arone hic dixi / hoc de successoribus vtriusq;
dixisse volo: citra tamē pertinaciā et p̄iudiciū Theologorū.

Luter.

¶ Nectū saltem cogitas esse plane impossibile: vt toti⁹ orbis
populi: ex vna Roma petant episcopos. Emser.

¶ Nec tu forte tecū repetis: quā in secularib⁹ litteris tam sis cu
riosus: possibile fuisse Romę orbē in puincias redigere Chris
sto non dum nato: Quam retuso igit spiculo hic me feris: licet
fulguris instar intonans: anathema esse dicere Christū ad im
possibile nos obligasse: tanq; impossibile christo esse: qd' mū

D

us potuit prestare. Sed forte nō dum videras albū illud pōti-
ficale: quod et Quinciale nuncupant: vbi in oēs orbis angulos
pro colossis ac statuis Romanorū deductę sunt Romanę hoc
est christianę fidei colonię: et ad parcendū impensis ac viarū
piculis / cōstituti in locis remotioribus Patriarchę / Primate /
Metropolitani / et Diocesani: quorū auctoritas ingruētib⁹ ne-
gocijs cōmuniōrib⁹ in mediū cōsuleret: Seruatis nihilominus
causis prestantiōrib⁹ et p̄cipue fidei Romanę sedi tanq̄ Magi-
strę / et lydie: vt aiunt regulę.

¶ Nec mirum (quo vno tu pedē figis) si sub primordijs na-
scētis adhuc ecclesię: aut post etiā / patriarchę illi originarij le-
rosolomitani / Alexandrini / Antiochię et Grecię / quędam Ro-
mano pōtifice fecerunt iacōsulto. Neq̄. n. p̄pterea temerario
id ausu fecisse credēdi sunt: vt qui Petri successori et christi vi-
cario subesse recusarēt: quę ipsi etiā apostoli agnouerūt. Cer-
tum est. n. Ioannē Petro lōgo post tpe superuixisse Nec tñ Li-
ni / Cleti aut Clemētis potestati aut ordinatiōi vsq̄ contraue-
nisse legitur. Sanctius est igit̄ mea quidē sententia / existimare
nos si quid tale cōtigit: spe ratificatiōis esse factū Precipue cū
illo adhuc sęculo Christianorum peregrini / litterę / internuncię
et reliqua om̄ia Romanis essent suspecta: nec tutus semp pate-
ret accessus Id quod apud grecos post Nicenū etiā conciliū
passa est christiana nōstra resp: Quū vt reliquos hic taceam
Athanasius ille magnus / machinante Arrio / damnante Con-
stantio / fugere et sex annis continuis in lacu cisterne carentis
aqua: ita delitescere coactus sit: vt ne solem quidē vnq̄ interea
viderit. Quid q̄ actutū om̄ia ad vitium refecari non possent: et
par foret / vt sicut Christus cū patre opatur vsq̄ nūc: ita etiam
spūs sanctus ecclesiam spōsam suam nō cessaret in diem p̄mo-
uere: et nouis semp instaurare charismatib⁹ Accedit ad hoc q̄
maximis vrgētibus causis / Episcoporū cōfirmatiōes ad sedē
apostolicā / tanq̄ ad fontē reuocatę sunt: quas nos hic suspēdi-
mus: vt ceteris tuis obiectis tempus suppetat. Luter.

¶ Quis: Tu: Emiser: Tu ne audeas dicere per conciliū interp̄

tationem sus fieri diuinum?

Emser.

¶ Imo. Ego. Ipse. Emser / vel hodie dicere aufen: non quod tu mihi impingis: Sed vbi in dubiū vertafan per hęc verba christi: Tu es petrus &c: Et pascce oues meas &c Iure diuino Petro cōmissum sit ouile Christi tanq̄ primario ac summo pastori: Et cōciliū definiat q̄ sic: Martinus vero neget: Malle me sniam cōciliū sequi catholicā / q̄ opinionē Luteri erraticam. Luter.

¶ Deinde optimo magistro Grāmaticę nūc demū scio q̄ pascce oues meas significat. Esto monarcha et dñs. Emser.

¶ Quesote si pascere nil aliud significat / q̄ molliter curare: vt na sonat cabala: Cur is qui dixit Ego sum pastor bonus: flagello aliquādo dispulit propolas: Cur petrus cui pasturā hęc ille demādauit / Ananiam et Saphyram: cur Simonē magum tam in corpore q̄ in anima pculit: Aut si pascere nil aliud erit q̄ vltro meantes ducere: quid opus est pedo: quo pastores solent errones in viā minare ad armenta reuocare: in stabulū reducere: aut scabie inficiente eo p̄hibere et excludere: ne vt Ouis dius inquit. Morbida facta pec̄ totū corrūpat ouile? Quod si illo tēpore / quo quota pars fuit Christiani gregis: sine potestate / et sancta quadā: vt sic dicā: Tyranide coerceri nō potuit: Quāto minus hodie / cū tot regnis / tot gentibus ac populis Romanus ille pastor p̄sedeat? Cum tot sint rerum negocia tot rixe / tot varios casus dies quęlibet secum adferat Cum tot sint facella / tot ecclesię / tot monasteria / tot sectę ac religiones (vbi vna esse debebat) tot atri / tot cęsi / tot variegati tot deprauati tam clerici q̄ monachi / vt effrenata illorū cupiditas / sui prodiga / pacis emula / sine impio / absq̄ legibus / sine duce / rectore et monarcha / teneri / coerceri / ac gubernari ne queat Accedit episcoporum ac Archiepiscoporum de limitibus / de subiectione / de iurisdictione / mutua inter se contentio Regum ac p̄cipium pacta / connubia / interregna / vnctiones ac translationes: Vt interim taceam tot vbię pullulantes contra sedem apostolicā hereses / machinationes / ac conspiratōes ab his etiā q̄ eidē Sedi p̄ ceteris sunt obnoxij. Vetus. n. in sae

D ij

cris lris adagiū est: inimici homis: domestici ei⁹ Quare ipso mi
hi Qreste in laetior esse videt: q pōtificē in tāta rerū mole ociosū
inter vnguēta et balnea diffluentē: vt nostri vrbani illi heremi
colē: aut ad hoc obnoxiiū putauerit: vt ipse solus pascat: cū vix
subulcus aliquis sit quin pueros habeat adsciticios: et id null⁹
vnq̄ per se prestare possit: si argus etiā fuerit. Vide igit ne Lu
teria tua cabala a scopo hic aberret: que verbū pasce cōtra
maiorū omniū sententiā (qui tamen non omnes lusi fuerūt aut
lippis oculis) cōtra etiā ipsam / vite magistrā / experiētiā: offi
cij tantū et laboris: nō etiā dignitatis aut potestatis esse con
tendit. Nam si dignitas non est: cur ipse ais: volo et ego Ro
manum pōtificem esse primū omniū / quem omnes reuereantur
Si aut potestātē nullam habeat: quis illi obediat: quū iuxta p
uerbium vbi nullus timor: ibi nullus pudor: et reip: interfit ne
crimina maneant impunita.

¶ Nec opitulabit tibi magistralis illa tua distinctio qua verbū
etiam confirmare subdiuidis in diplomata Episcoporū qbus
confirmare solent ea que episcopalis sunt admistratiōis / et in
hoc quod nobis cōsolari significat. Cur. n. singulariter christ⁹
petro diceret et tu cōuersus cōfirma id est cōsolare secundū te
fratres tuos: cum cōsolari mestos / visitare infirmos / inter tri
uialia misericordie opera om̄ibus demādatū sit. Nec propriū
christianorū: sed nobis cū ethnicis et infidelib⁹ etiam cōmune
Id qd' ex euāgelico illo patet Samaritano. Itaq; si Emserianę
credas cabalę / cōfirmare hic lōge diuersā et recōditiorē habet
sniam Quātos. n. putas ex meo (hoc est peccatorū) nūero: nā
hoc saltē admittes me publicanū esse: te pharisēū: quorū fides
deficeret: qui se etiā pariter ad restim deuouerent: nisi firmaret
eos hęc petri cōuersio: et in abissum misericordiarū dñi spera
re iuberet: ipso etiā tacēte: Firmant etiā in hoc fratres Petri epi
scopi: ne vbi peccent (quod Briccio cōtigit vel insonti) statim
a sedibus suis deturbētur Et saluberrimū christianis documen
tū datur: ne dum modernos etiam pōtificates opa christo con
traria facere animaduertūt: obediētię p̄pterea iugū excuciat.

quo. I tū doces: qui ad manūs in sanctū dñi inīciendas: princi-
pes cohortaris: plebē cōmoues: Episcopos religione obstrin-
gis: et negotiosior Iuda: nullā das requiem capiti tuo donec id
quod facis / facias citius. Oblitus sermonū christi tui: Et portę
inferi non preualebunt aduersus eam. Luter.

¶ Verum illud suauissimum vel balsamum Emserianum.

Emser.

¶ Oleum autē peccatoris non impinguet caput meū. Sed sunt
ne ista Theologi an scurre aut plani alicui⁹ verba. Plane pla-
ni: qui ex eodem capro nunc balsamū: nunc olidum faciat hirc-
cum. Miratur autē planus hic: qđ pontificatū petri simul et diuī-
ni iuris quo ad cōmissionem: et lento incessisse gradu: quo ad
executionē Romę factam / dixerim. Vellem ego scire a te Ma-
gister noster / si saltem euangeliū credas ius esse diuinū. Quod
si sic: cur ergo vel hodie tam lento opatur in nobis successū: vt
qui euangeliū predicam⁹ / secundū euangeliū nō viuam⁹. Cur
christus id ipsum apostolis sancta quadā indignatiōe expro-
brat. Ostulsi / dicens / et tardi ad credendū. Et tamē facilius est
credere qđ facere: Ita verbū dei (quod ius puto esse diuinū) et si
in seipso tarda nesciat molimina: in nobis tamē multa sepe in-
uenit obstacula: vt tēporis locorū psonarū et id genus vt inte-
rim taceam legē mentis nostrę diuino iuri et legi suapte repu-
gnantē ac rebellem. Quāuis ego ita tardiorē Petri ad Romā
aduentū / similitudine quadā (que plerūqđ claudicat) adiuue-
rim: vt ipsum magis summū (de quo agimus) Pontificatum
Romā secum adtulisse: qđ Romę primū suscepisse: aut illi acce-
ptum referre oportere contenderim. Luter.

¶ Videmi Emser an nō sint hec inter pocula dicta. Emser.

¶ Narratur et prisca Catonis virtus incaluisse aliquādo mero
Mallem ego te sobrie scribere / qđ sobrie bibere. Sed cur ista de
crapula et ebrietate toties repetita / nō obijcis etiā patrib⁹ tuis
quibusdā ventriosis illis ac porcipascis. Quorū vnus (quem
nunc nō nomino) magna ex parte huius contra me inuectiue
incentor est. Putans impune velle illudere Hieronymo sicut et

D. iij

fratribus suis: quos nisi proni in terram idolum hoc adorauerit
exceturiat et in exiliu relegat. Nouit deus q epistola mea mas
gis mihi inter lachrymas q iter pocula est descripta. Nam et
hodie illachrymari cogor temporu nostroru in felicitate: q hi
qui recta nobis studia inferre gloriant: contentioes / rixas scis
dala ac schismata inferut. Et sicut Erasmus Theologia ad fon
tes: ita illi ad furias reuocare nituntur. Luter,

¶ Et adeo ne vilis tibi res ius diuinu monarchie tue: vt ipsum
vnius latronis dilate saluti compares. Emser,

¶ Nec inepta fuit coparatio: nec vilis tunc latro paradiso sub
arratus: licet no iure sed indulgentia et priuilegio salute sit adep
tus In iuste aut tu Romane ecclesie iura ac priuilegia toties ex
postulas: que illa (in multoru etiam preiudiciu) tam liberaliter
tibi comunicauit. Sed q obiter garris de Petro cum Ioanne
misso act. viij. quo vel vno expugnasse tibi videris eius supio
ritatem: Aliter sentires tu / si ex pietate potius q ex rancore et
furia sacras tractares literas: Videre q id Petru fecisse exem
plo Magistri sui: qui se pariter et a patre mitti passus est: et sese
simul ipse misit. Sicut se etia tradidit pro nobis / et nihilominus
a patre traditus est. Ita petrus no tam missus est q vltro etiam
seipsum mittendu obtulit Deniq in fine huius tomi falso iteru
contra me syllogizas Non dedi. n. dilationem petro his annis
ab officio potestate et iure diuino: sed vt supra dixi tardiore m
eius ad Romam aduentu similitudine hac adiuui. Luter.

¶ Si autem Zelus tuus adeo ardet pro me et Boemis erudicis:
Emser.

¶ Hic iterum partem tuam cum Boemis ponis: quod mihi sa
pra miraculi instar obieceras. Luter.

¶ Adhibe igitur manu tuam / doce nos sapientia tua. Mea pro
positio de primatu pape non est mea sed Niceni consilij.

Emser.

¶ Et mea sapientia non est mea sed Christi. Qui vt olim Balag
ex asina: ita nuc forte ex hoc Aegocero tibi etia loq dignat
est Nam is ab initio elegit contemptibilia / vt confunderet fortia

Sed tu peior Balaam (qui cōpunctus ex asine voce iussis ob-
temperauit diuinis) nullā diuinam scripturā contra te accipis
nullam etiā rationē admittis . Sic .n. infra ais. Verum esse Ro-
manū pontificē iure diuino supiorem nulla ratione credā : nec
vnq̄ cōfitebor. Et tamen hic doceri postulas Nonne stultissi-
mus sim si ratione contra eū contendere velim qui rationi nun-
ciū misit ac valedixit . Cum tamē inter disputandū prestatiōe
solenni (vt vocant) pollicitus sit : non suo capiti sed iudicium in
hoc sententię condescendere . Ne ergo et ego opam ludam et
sumptū : et ille in superbiā elatus : vt Paulus inquit : in iudicium
incidat et in laqueū diaboli Pontifici et ecclesie ceritū siue pa-
raliticum hunc curandū / et tam Nicenum q̄ Cōstantiense illi
conciliū latius declarandū relinquo . Illius .n. hoc nō nostri est
officij.

Luter.

¶ Sed Stesichorus meus ita inter vituperia et laudes Martini
fluctuat.

Emsfer.

¶ Inepte Stesichorum mē appellas tuū : quando mea cū Stesichoro
opera pugnet : et tota sit prepostera.

Luter.

¶ Quis vnq̄ foeliciter pugnavit / mi Emsfer / suis fretus doctri-
na aut viribus.

Emsfer.

¶ Peruerse hic etiam sententiā et verba mea traducis . Siue .n.
fretus a fruo descēdat : siue incertę sit originis / de quo grāma-
tici certāt & adhuc sub iudice lis est : non fuit mens mea gratiā
dei per hoc excludere : sed Erasmiū secutus sum / tenentē / Paulo
etiam profuisse (preter gratiā linguarū / cum reliquis sibi apo-
stolis cōmunem) meditata ab adolescētia in lege studia / et nati-
uam quandā sermonis puritatē . In quo nostris etiam viribus
et factis aliquid tribuere videtur Erasmus cōtra dñm Luterū
Et recte quidē . De hoc .n. quod quisq̄ didicit certus esse potest
gratiam autē se dei habere / vt meus putat Ruffinus / qui iuraret
etiam deum loqui cum ipse balbutit / certus esse nullus potest .
Nescit .n. homo an amore dignus sit an odio.

Luter.

¶ Omne propositum fuit in angulo latere.

Emsfer.

¶ Pretegmen hoc est lutre : Alios sub tunica villos habet.

Luter.

¶ Nec timebo mi Emser nec fortissimum nec vocalissimum Ecchium tuum.

Emser.

¶ Sepe Ecchius/multum Echius illi in ore/in lingua/in corde est. Hunc ducē/hunc præceptorē/hunc idolū meū facit. q̄ hofpiti/gentili/viro admodū docto (quorū semp fui studiosus vt ipse etiā in me expertus est) officiū hūanitatis exhibui humanitatis p̄fessor licet minimus. At nūc etiā Zelotypo huic monacho hoc indoler: q̄ fortissimū nomīauerim Sū sane et ipse inquit: inter scholasticos doctores detritus: quare satis rectū est eum fortissimū a te laudari. Obsecro te Ruffine: qui grāmatis ces alioqui tam studiosus es obseruator: nonne didicisti suplatium nō semper per excessum ad alterū/ sed pro suo nōnunq̄ politiuo poni cū aduerbio valde: quod pueri etiam in scholis norunt: et in litteris frequēs est. Sic aut̄ me hic accepisse: neq̄ illum tibi neq̄ te illi prætulisse/ sed equabilitate equabili et minime odiosa cōparasse meus mihi Gellius testis est. Eo tamē tuor transuersum te rapit/vt oculos habens non videas / aures et non audias.

Luter.

¶ Alioquin quid poteras in me blasphemius mentiri q̄ q̄ Romani pontificis principatum diceres Martino probari: non esse a deo.

Emser.

¶ Attende mi lector q̄ hic homo bonas nobis horas in nō bono perdit negocio/dum omnia mea inuertit. Sunt. n. hęc verba epistolę meę clara. Dedit item in resolutione sua recens edita voluntate hanc esse dei. Sed quid plus datur pōtifici ecclesię/et vicario dei his verbis q̄ Pilato p̄tori Cæsareo: cui pariter dictū est nō haberes potestatem supra me vllā/nisi tibi datū eēt desup.

Luter.

¶ Quis aut̄ tibi meā supellectilem vniuersam ostendit.

Emser.

¶ Quasi hęc vocula om̄is/aliter sumi non queat nisi pro signo vniuersali vt capiunt logici: et ipse (licet infensissimus logicus inimicus: logice tamen hic interpretatur. Luter.

¶ Quid Ecchius protulit noui quod non passim in summissis
et sentenciarijs eciã iniciati Theologie legunt. » Emser.

¶ Tutius est vetera imitari / q̄ noua fingere. Et plautus sapien-
tes putat q̄ lubēter vino vtunt̄ vetere et veteres audiūt fabulas
Luter.

¶ Sed vt saltem tu credas me adhuc posse aliquid nec esse ex-
haustum &c Aduerte itaq̄. Emser.

¶ Ego ne his nēnijs animaduortā? Enimvero apparet axare
matum nunc tandem armamentariū tuum: vbi nil preter has
gerras et ferras sophisticas / tanto theologo indignas in medi-
um adfers. Sic vbi doctrina deest constans: ad ingeniū vetus
versutū te recipis: et dum discipulū tuum iudam a te tantopere
extrudere festinas: nō satis est tibi Emserio illū obtrudere vos
luisse. nisi pōtifici etiam maximo cū hoc illudas: et ex successo-
re Petri nō solum Mathiā succenturatū iude / verū ipsum etiā
iudam facere ausis. Condoleo certe ouis pastori / filius patri /
membrū capiti. Sed tu hoc impune mime feceris. Et ego p̄
pter indignitatē ac vilitatē argumentorū tuorū hinc transeo.

Luter.

¶ Atq̄ ita penes quē fuerit hec veritas et iusticia / christus / hic
superior est pontifice. debet q̄ pontifici tum resistere / tum mo-
nere et emendare. Emser.

¶ Dialecticabor et ipse aliquādo tecū. Martin⁹ Luter pōtifici
resistit et eū condēnat / emendat dicere volui: ergo apud Luter-
um est veritas et iusticia / christus. Sed nos scim⁹ quia christ⁹
nō habitat in congerie mortuorū qui dñs suis detrahūt: et lo-
quunt̄ aduersus pximos suos iniquitatē iurādoq̄ decipiūt: Ergo
apud Luterū non christus erit sed antichristus. Preterea is
apud quē est veritas et iusticia: verus et iustus est per locū a cō-
iugatis et sic christus ipse. Talis aut̄ est Martin⁹: ergo christus
ipse. Sed quia christus noster nō habet similit̄ (vnxit. n. eum de-
us p̄ cōfortibus suis) nō christus sed antichristus erit Luter-
us Tenet cōsequētia quia ipse est venator diaboli: et symbolū
aliquod habere vidēt / lucifer et Luter: seu Luter⁹ dicas et lucifer⁹

E

Luter.

¶ Nonne prophete erant inferiores regib⁹ et sacerdotibus atq³ tamen eos iudicabāt reprehendebant/ēmendabāt. Emser.

¶ Ergo et Luter inter pphetas? qui pōtificem nostrū iudicat et reprehēdit/magis q̄ ēmendet. Sed pphete id nō audebant: nisi singulariter iussi aut missi a dño. Et sic etiā vel inuiti vel recunde id faciebāt: vt patet de Iona / Samuele/et eo qui dicebat. A a quis sum ego dñe. Luter aut seipsum mittit: inuerecū dior muliere cui facta est frons meretricis. Tum pphetiam illi suam miraculis cōprobabant et innocētia. A ede et tu portē tum aliquod: excita mortuos: vt credam⁹ tibi te esse ppheten. Videamus tamē quomodo constet sibi doctrina magistri nostri. Supra dixit eū penes quē sit veritas et iusticia superiorē esse pontifice: sed apud prophetas fuit utiq³ veritas et iusticia: pro qua etiā sanguinē suum fuderūt: et tamē hic dicit eos fuisse inferiores nō solum sacerdotibus sed et regibus. Quid si Ecchius ista diceret?

Luter.

¶ Adde q³ potestas in ecclesia nulla est: nisi pro coercēdo peccato quod liget ac soluat. Emser.

¶ Et si verum esset quod ais: quia tñ vt dicit scriptura omnes quidē peccauim⁹: et si dixerimus quoniā peccatū nō habem⁹ ipsi nos seducimus et veritas in nobis nō est. i. Ioānis. i. Iccirco huic potestati nos omēs decet esse subiectos: et diligere ac honorare eū sine cuius potestate nec Luter a periurio irregularitate et alijs: nec nos a pctis nostris absolui possum⁹: et hoc quo ad contemptū: secus in necessitate. Sed quot sunt extra peccatum casus et negocia/circa sacramēta ecclesiastica /sacras ceterimonias/canonicas sanctiones/bona ecclesie qbus tanq³ stipē dñs sacra carere nequit militia in quibus om̄ibus necesse est vt sit potestas/ordo/et ad vnū aliquē recursus: ne fiat confusio?

Luter.

¶ Dico pōtices primo teneri sub peccato mortali vt resistāt pestilentibus his moribus Romane curie. Emser.

¶ Et ego dico eos nihil secius peccare q³ summo te sinūt pōtē

tifici (cui pariter sacramēto obstricti sunt) tanto iam tpe oblas-
trare / plebē inficere / tumultū excitare. Et videāt certe ne hec fa-
ba in dorso tandē ipsorū cudatur: vt paucos ante annos cōtis-
git in Pannonia. Propterea. n. (ni vana sunt p̄sagia) ad radicē
securis est posita: vt arbore cadēte / in ramos fiat simul incisio.
Nec etiā alia de causa Scarabęus Aquilę nido insidiat q̄ vt
oua possit collidere Romanę aut curię mores vel tpe Hierony-
mi deprauati fuere: nec mirū in tanta hominū colluuiē: cū non
solum seculariū etiam principū aulę suas paciant harpyias / ca-
pniopolas / eruscatores / ac harpagatores: sed nec vllus repiat
fratrum aut monachorū cōuentus vel minimus / in quo nō leo
pardi habitent cū agnis / lupi cū ouibus / columbi cū serpētib⁹
Deniq̄ habēt Germani principes sua cū Romana sede cōpa-
ctata (vt vocāt) cum annatis pallijs ac beneficijs cōferēdis / in
quibus / si illis fides nō seruata fuerit: iusta est causa / exhortādi
pontificē / vt pacta seruentur illęsa: vt suis modū imponat / et
eos propter quos male audit Sanctitas sua corripiat. Nunqd
hoc satius / q̄ tragicis rem agere conuicijs: ac ciuilia et intesti-
na mouere bella? Luter.

Idem pertinet ad nos omnes.

Emser.

Hec tua sit Theologia. Mecum. n. nondū constat: phas esse
vel expedire / ne dum pōtificem / verū quemlibet etiā principē
aut magistratū / velut apud Athenienses olim Thesmothetas
in disquisitionē vocari debere a subditis suis / et illis de singulis
actis ac factis eorū reddere rationē. Imo contrarium Amasis
institutū: per Solonem postea ab Aegytijs Athenas transla-
tum: magis ipse cōmendarim. Isto. n. more euenire certe tan-
dem posset (quod tu tam tragice exclamas) vt nullus reperire
tur nō solum pōtifex / verū cuiuscq̄ etiam ciuitatis Senator aut
decurio / qui cōmunem ac publicā hanc iudiciorū aleam subia-
re veller. Sed tibi omnia licēt: q̄uis non omnia expediant.

Ceterum nō est q̄ te puocatorius Parisiē libellus excuset:
illi. n. pro vetere cōsuetudine: quę iuris instar habetur: puoca-
uerunt. Tu vt impune tibi liceat in omnes passim debachari po-

E ij.

sermo nuncq̄ tu mihi psuadebi s̄ licere in Pontificem Lutero
quod in Petrū sicuit Paulo. De Paulo. n. scimus quia vas elec-
tionis fuit ad euangelizandū nomen dñi coram gentib⁹. De
Lutero aut̄ non dum scimus utrū ex christo sit / an ex diuersa
parte. Preterea vt diuus ait Hieronymus / quod a paulo fiebat
libertate fiebat apostolica / salua charitate fraterna. Quare Pe-
trus id: licet superior: benigne acceptabat. In quo etiā a Hierony-
mo plurimū cōmendatur: dicēte Laudabilius esse libēter acci-
pere corrigentē q̄ audacter corrigere deuiantē. Quemadmo-
dum Luterus ausu et temeritate diabolica / nullo pr̄uio chari-
tatis aut̄ pietatis ne dicam reuerentię signo / Pōtificem publi-
cis onerat cōuicijs / omnes ac singulos Episcopos / Abbates /
pastores / principes / magistratus / et vltimos etiā plebeię fecis
homies / ad insurgendū contra eū armans et exasperās. Quod
aut̄ ad fucandā causam tuā verba christi de patre et matre car-
nalibus dicta: ad patrem spiritale / hoc est pōtificē et pastorem
animarū nostrarū / a cuius obedientia nos his verbis nō absol-
uit christus: transferre cupis: Vide quomodo tu verbū dei tor-
queas: et qd' nostris vicio vertis / per crines trahas. Luter.
¶ Stat ergo Christianę vitę regula: iuxta Petrū / vt omnes si-
mul insinuemus humilitatem. Emser.

¶ Cur igitur tu cristam erigis: cur tam late expandis tumoris
tui vela: hūilitatis et paupertatis ad mēditatē vsq̄ professor?

Luter.

¶ Quis est ergo nouus iste furor / hoc iure diuino statuere vt
peccatū in ecclesia ipunitū regnet. titulo maioritatis. Emser.

¶ Et que tua est vesania siue cecitas: aut que te agūt intempe-
rie / vt summo tonanti trifulca deesse putes fulmina. Aut mon-
tes Gelboe: si non vltro se emendauerint fortes israhel: Quid
scis si deo ita placet propter peccata nostra? Aut quid si Pōti-
fex nō tam est in culpa / q̄ illi imputat. Nunquid in meliorem
partem dubia semper sunt trahenda? Luter.

¶ Dico certe nulla est maioritas: q̄ hanc christus phibuit dis-
cens qui vult esse maior sit vester seruus. Emser.

*Agut Maximus
temeritatis*

¶ Mentiris certe (verbo absit inuidia) ac sacrilego ore / tā verba q̄ sensum christi quertis. Neq̄. n. dixit q̄ nullus debeat esse maior: sed q̄ is qui maior esset / aut esse vellet / nō insolesceret ex hoc: neq̄ potestatem suam exerceret instar Tyrannorū dominandi libidine. Sed officio / charitate / mutuoq̄ obsequio. Vt sic fieret maior tanq̄ minor: p̄cessor / aut etiā princeps Erasmo / tanq̄ ministrator luce. xxij. formā ergo p̄scripsit maioritatis: ipsam vero maioritatem non sustulit neq̄ prohibuit quod tu tam impudēter audes asserere. Neq̄ phibuit his verbis christus vel Petrū vel ceteros p̄latos potestatem suā: vbi opus fuerit: exercere / et excessus subditorū plectere. Alioqui peccasset Petrus / peccasset et Paulus / qui non solū baculo cōsolationis / sed virga etiā correctionis aliquādo vsi sunt: vt supra dixim⁹. Nec est q̄ moderni p̄tiffices dura ac importabilia nobis imponant: Cū veterum censura lōge fuerit austerior: vt qui pro vno sepe peccato septennale indixerint ieiuniū: pro ebrietate sacerdotē triginta diebus / pro fornicatiōe integro etiā anno a sacris suspenderit. Et id genus multa: quę omnia hodie licentiosius (ni fallor) q̄ expediat / remissa sunt. Hoc vnū / vt graphice describit fulgentius tam a p̄tiffice q̄ reliquis exigūt: vt eate nus vigilet foris correptio: quatenus intus nō dormiat charitas. Ex charitate moneāt: ex charitate puniāt. Sicut bt̄s Stephanus iudeos ita redarguebat et cōfundeat: vt tñ pro eis intercederet: et quantū foris seuiret castigando. tantū intus arderet amando. Addit his Augustin⁹ tuus in regula. Non exigi a p̄lato / si modū etiam excesserit: a subditis petere veniam: ne apud eos quos oportet esse subiectos dum nimīū seruatur humilitas: regēdi frāga auctoritas. Quare sapiēter nostri medicinales appellāt huiusmōi cēsuras: vt quę ad salutē magis sint impostę: q̄ ad perditionē. Ita sanctissimi olim Pontifices tam summi q̄ medioximi non solū in priuatos / verū etiā in reges ac p̄cipes his vsi sunt: Vt patet de Ambrosio in Theodosiū: de Gregorio. viij. in Henricū. iij. de Alexandro. iij. in Fredericū cognomēto Barbarossam; et alijs plurimis. Aut igitur hos et

E iij.

præcipue Petrum / Paulū ac diuū Ambrosium e diuorū albo
eradicabimus: si potestate ac maioritate quā non habuerunt
abusi sunt. Aut Martin⁹ hic saltē palinodiā cantabit.

¶ Verū heus tu Martine / nolim existimes / dū Ioui suo Aegor
ceron hic auxiliū fert cōtra Titanos: cōmendare eum propte
rea omnia illius scelera / furta / stupra / auri impluuiū / aut id ge
nus cetera / que poetę illi tribuūt. Idem de dijs etiā minoribus.
Nec. n. adeo stupidus sum / vt nō dudum senserim perperam
rem geri a plerisq; curialium (vt vocant) officarijs. Nec tam
iniquus: vt omnē Romanę curię cohortē eiusdem monetę iu
dicem. Cū ex illis nouerim et viderim plerosq; egregię crudis
tionis et integerrime vitę viros: quibus ista pariter stomachū
moueant. Liberū itaq; volo esse scriptorib⁹ calamū in vicia in
uehendi: modo id cū sale fiat: nō cum furia: cū fructu / non cum
destructione / ex amore / nō ex inuidia et maledicentię morbo
Etq; vt Cicero ait cōtumelia careat obiturgatio. Quēadmodū
Erasmus suo tamē loco scite / vtiliter / et prudēter. Sed tu nullo
scito scitus: quāto te obiter negas / tāto magis interim prodis
stultum esse hūc virum / qui spiritū suum vno effundit impetu
Nec expectas: donec Impator / Episcopi / et principes catho
lici simul cū pontifice / mutuo auxilio et cōsilio de reformanda
cogitent ecclesia / tam in clero q̄ in monachis / aut etiam laicis
tam de religiōe q̄ de supstitione. Omibus. n. his modū necessa
rio statuendum et succurrendū: ipse plane tecū fateor. Luter.

¶ Vides inq; ita nostram hanc disputationem esse depictā vt
nec Apelles ita posset depingere? Emser.

¶ Pictam vel fictā esse mallem q̄ vere hic apud nos disputa
tam. Idem optare credo quibus pectus sapiat. Luter.

¶ Vnū nos peccauimus q̄ nesciebamus nos esse in medio Lus
porū et margaritas ante porcos proiecimus. Emser.

¶ Et quis operā huc vestram conduxerat: Cum volebatis ne
quisq; ea de re loqueret / qua de vos disputastis: tanq; ad vos
solos attinerent hæc omnia: vel inter Brachmanas apud phialā
Tantali disputandū erat vobis: vel nobis indēcendū pythago.

rico more lustrale silenciū. Et tu quidem more tuo facis q̄ au-
ditoriū tam honestū lupis ac porcis cōparas. Habet. n. hoc p̄-
prium doctrina arrogantū (vt diuus ait Gregorius) vt hūili-
ter nesciāt inferre quę docēt. In verbis. n. eorū inquit proditur
q̄ cum docent quasi in quodā sibi vident summitatis culmine
residere: vnde ceteros lōge infra se positos velut in imo despi-
ciant hęc ille.

Luter,

¶ Putas quantis te potuissē onerare nominibus te dignis.

Emser.

¶ Obsecro in q̄bus mihi pepercisti. Qui arma / qui studia / qui
cōscientiam / animā / corpus / cor / cerebrū / oculos / os / linguā.
cutem / et sanguinē / ac om̄ia deniq̄ viscera et ipsum etiā fimū /
attigisti. Quē cuculū / hecubam / hircoceruū / et id genus mons-
tra / preterea auarū / inuidum / ebriosum / fornicariū / mendacē
bilinguē / hereticū / idolū / Iqabo / iuda / et ipso etiā demone pe-
iore facere studuisti. Omne malū aduersū me mentiens / p̄pter
vnam epistolā omnia vel summa tibi tribuentē / idq̄ per ami-
ce: nec nisi (quod liberū esse oportebat) a sentētia tua in re litte-
raria paululū deflectentē: Quid aut vel in hostem statui potu-
isset odiosius q̄ quod tu in me statuisti. Si hęc amicis: quid in
mice tandem retribues?

Luter.

¶ Vix credas quot sales / quot ironias / quot scommata in te
meus mihi suggerebat Adam.

Emser.

¶ Et tu vix credas q̄ difficulter ipse meā tenuerim Euā: Mala
mulier est: eque ac tuus Adam neq̄ est Aequē impostrix: vt
quā tu muliebrē putas: virago sit. Aequē p̄fricta frōte: vt quā
nō pudeat cōuicia regere: vbi te nō pudebit inferre. Aequē cy-
nica: quę nō vereat (vbi insanire tibi lubet) subdiali tecū coire
loco / palamq̄ catamidiandū exponere. Similes habebunt las-
bra lactucas. Cōpilabit hercle istū deglabratū tuū verticē / ne
pilus q̄dem sup̄ fuerit. Atq̄ id modo p̄stitisset: nisi celsa sedis-
set Aeolus arce: sceptrā tenēs. Proin tu tibi caue / secūdo ad eā
redire: ne tibi deteri⁹ aliquid cōtigat / q̄ Stalino passus est ama-
tor: vetulus / vbi ad nouā accessit nuptā: subditiciā illam. Fuga

nunc sibi cōsuluit Aegoceron noster / vbi denuo redibis: aper
ta tibi fronte occurret. Et vt flaminē se modo dialem: ita tūc fa
cris etiā Herculis Lyndij inicitū esse nō vulgariter ostendet.
Nam si id ludēs quid putas serio fecerit. Nollem te id experi
siue nūeris: siue pede soluto rem agere lubuerit. Verū fat modo
lusum est. Nunc caper iste anhelus cursu / sub aliqua se vmbra
reconderet: gaudio gestiens / q̄ venatoris quāserit indagines ac
plagulas. Valete spectatores ac plaudite.

¶ Nunc tandē mi Lutere / vbi fatis superq̄ alter alterū depin
xit: Tu inciuili? ego vrbaniore / ni fallor / peniculo. Tu vel epi
stola mea / qua tibi nec nocui / nec nocere volui: vel pessimorū
quorundā instigatus opa: q̄bus frigidā inter nōs aquā suffun
dere placuit: Ego immanib⁹ tuis calūnijs et quocamētis inci
tatus: Opere p̄cium duxi ne is apud te sim in anio tuo: qualem
falsa ad te detulit fama: me ipsū mei pectoris fieri promū: et ra
tionē tibi reddere toti⁹ vitę meę. Ego igit̄ Hieronym⁹ Emser
p̄byter / natiōe Sueuus / domicilio Misneſi / vt neq̄ Lēlius aut
Cato sum / neq̄ Curius (nec curios etiam simulo) ita nec Cati
lina nec Clodi⁹ esse velim. Et sicut nec Dauid aut Samuel: ita
nec Ioabus nec iudas: si deo placet: vnq̄ fuerim. Nullius vnq̄
publici criminis conuictus sum / aut id cōfessus: nec animū indu
xi. Mēdaces ac bilingues semp odio habui. Ipse si quādo Poly
pi mentē indui rotundo tñ ac libero id ore feci vt Sueuorū ve
tus est cōditio. Nullius saluti infidias struxi. Rebus contentus
pprijs (iſq̄ mediocribus) alienas nō attigi. Bonorū ac docto
rum viroꝝ amicitias: virili statim assumpta toga: queſiui stu
diosius. Ceterorū non admodū. Ita nūc quintūdecimum inter
Misneſes ago annū: e q̄bus in sextū vsq̄ Illustrissimo ac clemē
tissimo principi meo ab epistolis inseruiēs / duob⁹ donatus sa
cerdotijs / ipso bene fauēte / ad l̄raḡ ocia redij. Nec inerti tamē
ocio marci: siquidē p̄ter cetera diui Bennonis Ep̄i quondā
Misneſi historiā e q̄dringentorū annorū tenebris elucubraui.
Sic vitā reliquā institui: vt eidem Principi / Reuerēdissimis ep̄is
p̄latis / nobilib⁹ atq̄ optimis ciuib⁹ haētenu fuerit tolerar

bilis/aut etiā pbabilis. Id. n. mihi tribuūt frequētes eorū ad me
littere. Quorū optimum quēq; meis demeruit studijs. Patuit
mea domus/nō nisi optimis semp: vt pleriq; etiā ex primori-
bus/se ad eā demiserint. Ipse rursus nō nisi apud optimos hos-
picio suscept⁹; si quādo domo egressus sum: vt is etiam plane
vno omniū ore/vir ē optim⁹/apud quē nūc etatē ago, medico
rū hic expectās operā. Hęc aut scribo nō vt vel laudare vel iu-
stificare meipm velim. Nā vt hō sum: ita hūani a me alienū pu-
to nihil. Itaq; ingenue fateor me siue malorū olim cōsuetudine
deprauatū: siue natiuo et genuino quodā instinctu: ad vicia nō
nulla fuisse aliquandiu pcliuorē: hūana tñ. Dei aut mūere ma-
gna ex parte, quod iuueniliter sensi: vel etas correxit: vel sacra
rū litterarū lectio. Ita vt verissime dicere possim cū Paulo: vbi
abūdauit peccatū: ibi supabundauit et gratia. Quāuis vt in fa-
bulis Meropa nō sine mercede magna: et iactura eorū quę mi-
hi erāt charissima. mihi tandē restitū⁹ sim. A emulos aut quos-
dā per etatē passus sū: vt fit: et hodie etiā patior: nihil tñ viros
et qui a tergo nō in faciē me traducāt. Sic meo quodā fato Ba-
sileę olim dū essem iunior: priuatorū quorundā machinamētis
insidias incidi: vt salus etiā et xremo piclitaref discrimine. Et
forte cōclamatū de me fuisset: nisi Reuerēdissim⁹ in christo pa-
ter/dñs Christophor⁹ de Vtēnheim, tunc vicetenēs mō Epūs
Basiliēn oīm integērim⁹/et tā literis q; vitę sanctimonia specta-
bilis: ijs me pcellis ereptū seruasset. Sed id nulla mea culpa vel
crimie ptigit. Neq; alia fuit accusatio q; q; sodali cui piā p iocū
carmia quędā in Heluecios amariora: libro suo adscripseram:
qrū tñ nō ego: Sed Bebeli⁹ erat auctor. Id heluecij Romāi tūc
imperij hostes publici / egrius tulere. Iure tñ cōvincere nō po-
tuere. Sed hęc tragœdia: Tū absoluēte Reue: et factę in christo
memorię Patre Raymūdo Cardiale Gurceñ et apostolicę se-
dis de latere Legato: cui biennio etiā deinde et ab epistolis sui
et a sacris: Tū vbi illi in gratiā tandē cū impatore redierūt: pa-
riter abolita est: donatęq; vltro citroq; iniurię omniū quę in eo
bello accidere. Nec ego/id interim verbo cuię eorū expostu-

laui Cum tñ lōgissime ab eis abessem: et saltē calamo rē vlcisci
potuissē impune. Ita. n. hō sum: vt vbi iniuriā donem: libera:
liter donem. Vbi reuerberare aduersariū oportet: intrepide re
uerberē. Sed cui vnq̄ mortaliū tā equus arrisit Iupiter: vt nihil
in vita passus sit aduersi? Aut quis vnq̄ fuit sine vicijs: et vt sic
dicā impeccabilis? Quid opus igit̄ erat te Martine/ ppter vnā
epistolā candide de te loquentē / mea mihi peccata in ppatulo
palā om̄ibus facere. Ea q̄ plerūq̄ falsa. Vt. n. oim reus sum: ab
auaricia tñ inuidia / supbia / similtate / et mēdatio semp fui alie
nus. Quāta aut̄ putas ad aures meas puenisse de te ipso quoq̄
flagicia? Quē ego malū pro malo reddere nolens hic subticui:
ea maxie tractās quē christiane erāt fidei. Quis. n. furor est vt
vbi litterariū instituit certamen: in cōiucia: Lenonū more: res
abeat? Quāto rectius Plini? mādem? inquit: memoriē qd̄ vir
mitissimus / et ob hoc quoq̄ maxim⁹ Trasea crebro dicere sole
bat. Qui vicia odit: hoies odit Ego aut̄ eadē forte causa te ipm
etiā Lapsū aliquē arbitror: qua et me. Quod .s. soluta est ho
die oīs bonorū morū disciplina: q̄ adoleſcētibus impune licet
suo more viuere / et q̄dvis audere. Ita. n. est: vt Therencius ait:
Licētia om̄es deteriores sum⁹. Atq̄ vtinā post limino aliquē re
deat maiorū nostrorū circa scolasticā pubem morū disciplina
atq̄ obseruātia Nihil. n. sanctius q̄ si cū felici hac nostrorum
temporū institutiōe / in bonis litteris: boni quoq̄ mores simul
pullularēt Vtinā etiā iuxta veterū canonū scita / in sacerdotem
null⁹ initiaret: nisi triginta annorū: vt tūc demū pleno rationis
iudicio / de cōtinēdo nec ne / secū ipse posset statuere. Nec ita in
medio adoleſcentiē lubrico sacris applicarem altarib⁹. Quo
pacto. n. fieri possit: vt cōsuetā quis tā cito postposuerit? Atq̄
hec causa est / cur ipse longo iā tēpore / presbiteros aliquos litte
ratos / et moratos pariter quē fierim: ad cōmunē et apostolicā
vitam mecū reuocare: Vbi procul mulierib⁹ / cōmuni mēsa / la
cris lectiōibus et oratiōibus / corā om̄ia fierēt: presētia fratrū
licentiā adimeret peccādi: Cōsolatio mutua robur adderet re
sistendi Verū quoties eius ppositi virū inuenio: aut mors eum

mihī intercipit: aut fortuna pinguior supueniens auertit Et ipse
iam pariter deficere incipio. Sed de his alibi Tibi. n. modoloq
istituerā Nūc. n. inter te et me iacta est alea. Vtinā nō data mihi
fuisset occasio: aliū tibi delegisses: in quē ista despumasses. Et
fecisses forsitan: si talē cognouisses Hieronymū: nec amicus il
lis tuis nimīū cito credidisses. Vt cūq; aut se res habet: tu prior
occepisti: q̄re vt prior desinas equū est Id etiā p̄fessionē tuā ad
deceat. Nō exigo a te vt nō rescribas: q̄uis lōge fœlici⁹ alibi oc
cupat⁹ fueris: Hoc vnū te obtestor. Vt vel a cōuicijs calamum
abstineas: vel si vtiq; insanire liber: et instar Euripi q̄scere tu
us nō potest Adā: in me vnū debacheris: Lipsensib⁹ parcas/q
te omni p̄secuti sunt officio: Neq; finitimas vrbes et populos
cū ipsi simul acadēmijs inuoluas: q̄bus hactenus satis inter se
cōuenit. Quāuis duo nomini et cādori rectius cōsulueris: si qd
aberrasse tibi videor: absq; sōtumelia id ostēdas. Hoies .n. su
mus/errare/labi/falli/decipi/facile possum⁹. Et ego ista docti
orib⁹: et tuo etiā ip̄ius (fano tñ) iudicio lubēs emendāda offero
Quē si nihil sunt: i v̄etos abeāt. Sin aliqd dixisse videor: sic te
cum p̄pende: si p̄letarius hoc: qd classici tandem nostri efficere
valeāt. Neq; n. existimare debes vel Lycēū n̄m licet triū libe
rorū iure donatū/adeo effœtū: vel Musas oēs relicto Helicone
Vittēbergam cōmigrasse. Nam et nobis hic spirat Apollo: et
vt sapiēter Plautus inq̄: sūma sepe ingenia in occulto latēt. Li
cet ip̄e tibi digitū haud grauate exerā. Multa. n. mihi obstitere
ne ad hoc culmen possē assurgere: in quo tu fœliciter emine
res: si cogitares in barbā expuentis tandē recidere/qd in cœlū
expuit. Sero Phætona aurigationis suę/sero Icarum volatus
sui p̄cēnituit. Tu si sapis in tpe audacib⁹ te exime ceptis. Faci
le tibi p̄tifex ignoscet: si vel hodie resipiscas Et tu illoꝝ gratiā
qui tibi mō infensi sūt simul lucrifeceris. Nec ego ea quę cala
mo in te scripsi cōcitatiore/aliter rata haberi volo: q̄ si p̄seuerā
tia te talē esse ostēderis. Vtinā vana et falsa tui immutatiōe effi
cias. Quod si feceris: Ego tūc vere tuus ero Stesichor⁹ si vixē
ro. Et donabo tibi omnē cōtra me iuriā hic et in futuro seculo

Vale et q̄ hacten⁹ i ruinā fuisti i resurrectiōem mltorū respice
¶ Idem Emiser in Neminem Vuittenbergensem.

¶ Et tibi Nemo qa Nullus respōdit: nec ego nūc plurib⁹ tecū
agam. Miror tñ: vbi Theologi tui tā supciliose in nostrum ex-
spaciant campū: cur mihi inuideas: eorū interea subintrare ca-
stra. Desine igit tam sollicit⁹ esse litterarū ac studioꝝ meorū ex-
plorator/que iā ab initio fuere trāssultoria. Nulli⁹. n. addictus
iurare in verba Mgri: Quo mecūq̄ trahit tēpestas deferor hos-
pes. Sed tu hęc monēdo magis q̄ obiurgando dicere visus es:
q̄re ipse quoq̄ tibi parcam: vt mutuum muli scabant.

¶ Idem in Carolo stadium.


¶ Vltim⁹ quiescēti iā Aegoceroti nro Carolo: manū iniicit. et
me chartis etiā suis illinit: publice expostulās epistolā/ad Car-
nonicū quendā trāssinissam. Molestū est: fateor: que ipse sigillo
tanq̄ sacramēto/tegā: māifesta omib⁹ fieri: et q̄ ad amicos scri-
bo: ad inimicos etiā trāsserri. Quāuis in hūc diem vsq̄ neq̄ il-
los eē inimicos nouerim: neq̄ eos/quoꝝ opa parū amica/exē-
plū epistolę illuc delatū est. Ip̄m .n. ad que scripsi excusatū ha-
bere volo: tanq̄ virū optimū et doctiss: quo cū iā pridē multa
mihi familiaritas: multa ei⁹ in me bñuolentia. Vt cūq̄ se res ha-
bet ista veritatis testis et amator: igenue fateor ip̄m etiā Caro-
lo stadium (qd' tñ pace sua dixerim) siue cōgerronis sui cōtagio:
siue naturali et iuuenili quodā calore: in Cynicę Theologie se-
ctā nimis inclinare: cōuicis et iurijs plus equo eē deditū. Qua-
re fraterne ip̄m admoneo: ne nobile illā ingenij sui venā his eti-
am morib⁹ denobilitet: aliorū industriā nō contēnat: a cornu-
ta sibi bestia caueat: ac Valeat.

¶ Ceteris Vuittenbergenē studiij Gymnasiarchis et Scholasticis
omib⁹ ac singulis/cādidis et bonis/bñ opto: et vt Diomedē
deā hanc necessitatem boni consulant precor.

¶ Laqueus venantiū cōtritus est: et nos liberati sumus. Sit
Laus honor et gratiaꝝ actio Deo Sūmo opt: Max:

is, abut
rimus,
addens
di, om
& ad
nostra
er cele
no die
ro pre
vi, ve
ster &
cialiter
uillers
ano tã
maliter
s adire
de nro
olq; cū
Decas
rener
etudi
Acta
& die
o Ma
e eccle
o testis
ubert
dicit

Do
leurs







Th
6116